

Ad lib. 2. tit. 7. l. 1. de Mercatura.

AD verba, El Hijodalgo, que quisere tratar de mercaderia, mercatura an deroget nobilitati? Hic in l. 3. n. 8. vide. In Aragon nobilis exercens mercaturam, ammittit infancioniam quoad hoc vt Lezdam solvere teneatur. Portoles in 2. tom. 3. p. 5. mercator. n. 9. fol. 320. ad hoc vt quis sit mercator requiritur. 1. quod sit matriculatus in matricula mercatorum. 2. quod artem exerceat. 3. quod maiorem partem fortunarum suarum habeat in illa negotiatione. 4. quod plures negotiationes exerceat, & non vnicam. Casan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 1. in textu, & elles, a n. 3. fo. 517. Et statutum, quod mercatoris libris stetur: intelligitur quoad mercantiam. Abiles in cap. Prat. c. 4. glosa, Sea obligado, n. 7. fol. 115. Alex. conf. 113. col. 2. vol. 7. Aymon conf. 221. n. 12. eodem modo si per statutum nobilis mercator possit capi pro debito, debet intelligi de debito quoad mercantiam. Menoch. 1. p. lib. 2. presump. 57. n. 19. an libris mercatoris sit credendum? lib. 3. tit. 1. l. 1. n. 2. hic.

Ad lib. 2. tit. 7. l. 2. de Pectis.

AD verba, Que los tales Hijodalgo compradores, sean tenidos de pagar pecha pro rata de lo que huieren comprado, secus in Castilla, lib. 6. tit. 14. l. 14. Recopil. leg. illius Regni in 2. p. fol. 63. adde quod & tenebuntur solvere praeterita tributa, vel pectas. Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 1. glosa, A, ordinamen. Regalium Regni Castellae, fol. 92. & Bart. per eum allegatus in l. fi. n. 1. C. de fide instrum. & iure hacta, lib. 10. vbi distinguit. Pectarius volens solvere pectam ante tempus solutionis: dominus eam recipere non tenetur. Ferrara in praxi in forma libelli ad praestat. & rei relaxat. §. Omni anno, n. 2. fol. mihi. 366.

AD verba, Sea temido de dar noticia al señor de la pecha el comprador, &c. aliis si dominus ignoraret hoc, & eius primus debitor soluat ei suum tributum, & lapsis annis iste debitor moriatur, & post procedat contra possidentem hanc terram pectariam: & iste vellet defendere per praescriptionem, forte non posset ob iustam ignorantiam dicti domini: sed dic vt Casan. in consuet. Burg. rub. 11. §. 2. an. 33. & 36. & pectario nesciente, vel nollente monstrare rem: pro

qua soluit pectam, dominus posset dicere. Tu teneris pro toto tuo patrimonio. Ferrara in praxi in forma libelli ad praestat. & rei relax. §. Super, n. 3. & 4. fol. 369.

AD verba, El Hijodalgo, que adquirirere heredad pechera, sea temido de dar la apeada al señor della, adde de hoc bene. Cataneum in consuet. Burg. rub. 3. tit. desiedz glosa, En alienacion, n. 27. & in glosis sequentibus, & Balasc. de iure emphy. 1. p. q. 8. a n. 3. & ipsi villani (id est qui pectam solvunt) debent, hoc idem facere singulis annis de foro nostri Regni: lib. 3. tit. 4. c. 10. & 11. in foro generali, vbi in d. c. 10. sic loquitur. El Señor solarigo si dixere al villano solarigo, muestrame mi heredad, por la qual me debes pecha: debele mostrar cada año su heredad entegrament. Et si dixere el Señor solarigo al villano: toda la heredad no mehas mostrado entegrament: el villano con infançones, & con labradores, & vezinos de la villa debele aparear toda la heredad.

AD verba, Que los tales compradores, o adquiridores sean tenidos de pagar toda la pecha en razon del caso pechero, sed secus est in Regno Castellae in fidalgo emptore talis rei affectae tali onere, lib. 4. tit. 4. ley 12. ordinarum Regalium. In Regno Aragonum emens praedia ab hominibus signi seruitij, tenetur solvere omnia onera illius rei, secus si emat ab hominibus Domini Regis. Portoles ad Molinum. 2. tomo. 3. p. 5. Infancio, n. 36. & 37. fol. 79. Sed de iure communi adquirens rem onere affectam, tenetur ad onus anexum rei: non tamen pro alio onere differenti. Bart. in l. 2. C. sine censu, & Didacus Perez sup. lib. 1. tit. 3. l. 1. col. 3. sed non tenebitur talis fidalgus adquirens rem pectariam, ad munera personalia: mixta, vel extrahordinaria. Palacios Rub. in rub. §. 31. n. 8. Abiles in cap. Prat. in proemio, glos. Rey. n. 19. & in tantum in hoc nostro casu adquirens talem terram tenetur ad praedictam pectam, vel onus: quod pactum in contrarium non valeret. Albericus in l. inter. ff. de pactis, & si ipse dominus emat: quid erit? Bosius in praxi, tit. de Principe a n. 97. Et si nobilis nubat cum plebeia habente bona pectaria: debet pectam solvere ratione dictorum bonorum etiam de iure, & in Aragon. Portoles ad Molinum 2. tomo. 3. p. 5. infancio. n. 45. fol. 81. & n. 36. nec dominus pectae potest liberare emptorem rei pectariae, vt non soluat eam, & si liberet: sibi domino debet diminui pectam. Portoles sup. n. 37. Guidopap. decis. 392. Casan. in consuet. Burg. rub. 9. §. 18. n. 16. fol. 127. & quoad

Fuero.

Apear.

De empto renobili.

Si nobilis nubat cum plebeia an soluat pectam?

& quoad nostram legem quid in Regno Neapolitano? Guidopapa decis. 196. & 384. In Regno Aragonum idem est ac in hoc nostro Regno. Portoles ad Molinum 2. tom. 3. p. 5. infancio. n. 36. fol. 79.

Vel pro patrimonio.

Item si pater tributarius donet filio praedium tributarium pro consequendo Sacerdotio, vel alimentis: non ob id efficitur liberum a tali tributo dictum praedium. Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 1. additio, A, vers. Vnde, fol. 90. & quoad hoc propositum non privilegiatus succedendo privilegiato, non gaudet eius privilegio. Didacus Perez lib. 4. tit. 4. l. 12. additio, A, in ordinamentis Regalibus, fol. mihi. 1431.

Nobilis an immunis?

Nobiles genere, nisi sint ex dignitate: non sunt immunes a muneribus publicis. Tiraque de nobilit. c. 20. n. 159. vbi nec a personalibus, realibus nec mixtis. Et tenentur contribuere cum alijs in collectis ratione bonorum, pro quibus soluita non praestant Regi, pro alijs vero non. n. 160. & in Regno Neapolit. & Franciae sunt immunes a collectis rerum, quas de nouo adquisuerunt, n. 162. & 163. nisi eas collectas soluerint per 40. annos. d. n. 162. Guidopap. decis. 384. Sed ignobiles non debent contribuere in solutione subsidiorum ratione bonorum feudalium in Francia, n. 164. sed solvere debent collectas pro rebus adquisitis a nobili, n. 165. modo talis nobilis ratione suae personae, & non ratione rei, non soluebat illas, vt. d. n. 165.

Vel ignobilis.

Nobilis quis sit?

Nobilis est, esse quem nobilem ex sanguine, quam ex Privilegio, quia primum est substantia, sed secundum est accidens. Otalora de nobil. 4. partis principalis. c. 3. n. 5. ergo debet praferri nobilis ex sanguine nobili ex privilegio, sicut substantia accidenti. Item & quia nobilitas antiquior melior. Greg. Lopez in l. 2. tit. 21. p. 2. ibi De luene, & Albericus in l. 1. C. de iure aureorum. Ad officia nobilibus solis concessa nemo debet admitti pendente controuersia super nobilitate: sed si sit iam in possessione: non debet perturbari in ea pendente lite, vel appellatione. Albericus in l. delatus reus. ff. de muneribus, & honor. Abb. in c. sciscitatus. 3. columna de rescrip. & l. 1. §. integer. ff. nihil nouari. Otalora. 3. partis. 3. principalis. c. 3. n. 8. & pendente lite super nobilitate, debet solvere pectam de iure, & in Regno Castellae. Portoles ad Molinum 2. tom. 3. p. 5. infancio. n. 68. Couar. var. lib. 1. c. 16. n. 11. Didacus Perez lib. 4. tit. 2. l. 6. additio, f, fol. 1380. secus in Aragon: si litigetur super possessorio, & sit probata possessio.

Pendente lite an nobilis soluat pectam?

Portoles sup. n. 69. & 70.

Nobilibus non dantur officia vilia, scilicet, Vinaderos, y guardas del campo. Otalora de nobil. 5. partis principalis. c. fi. n. 8. si tutor pupilli nobilis soluit, sicut ceteri ignobiles, non prauidicabit pupillo. Iuan Garcia de nobil. glosa. 6. §. 1. n. 14. & Gregor. Lopez, glosa. 9. tit. 19. p. 6. Nobilitas, quae vocatur de Solar, vel quae fundatur in Executoria de hidalgua, non ammittitur 30. nec 40. annis, licet toto hoc tempore interuenerint actus contrarii, De pagar pecha. l. 3. de interdctis. Iuan Garcia sup. d. glosa. 6. n. 42. nec nocebit posteris. l. 1. C. de liberali causa.

8. Officia vilia non dantur nobili?

Tutor an prauidicet pupillo in nobilitate.

Nobilitas an perdat solvendo pectam?

Nobilis (Id est infancio) habitans in locis dominorum habentium iurisdictionem ciuilem, si ibi delinquit, poterit per dominum loci capi ad finem statim remittendi eum ad iudices Regios. Portoles ad Molinum 2. tomo. 3. p. 5. infancio. n. 25. fol. 77. Domini locorum nobilibus in suis locis habitantibus prohibere non possunt furnos, molenas, herbaja, aquas, ligna, ignem, vel similia, nec alia commercia. Portoles sup. n. 47. vbi hoc tenet quoad Regnum Aragonum. Idem de iure. Portoles. d. n. 47. Iaso. conf. 161. n. 3. vol. 2. Salon de Paz in. l. 3. Tauri. n. 456. & 457. fol. 226.

9. Nobilis delinquens cap. r. Domini locorum prohibere suis nobilibus an possint commercia.

Nobilis habitans in locis domini Regis, potest noualia facere, & alijs iuribus vti quibus ceteri homines signi seruitij eiusdem loci vt valent. Portoles ad Molinam. 2. tomo. 3. p. 5. Infancio, n. 41. Oldrald. conf. 32. n. 1. & 2. Burgos de Paz in. l. 3. Tauri. n. 456. 457. 458. Item nobilis habitans in loco domini, non potest ibi Castra facere sine domini licentia. Portol. sup. n. 46.

10. Nobilis in loco Regis an noualia, vel castra faciat?

Nobilis in Regno Aragonum dicitur natus ex patre nobili, licet ex matre villana. Portoles sup. n. 49. idem & de iure. Bald. in l. liberos de senat Gomez in. l. 79. Tauri. n. 6. Rebus. de nominat. q. 12. n. 8. Adde. l. 3. n. 11. hic, privilegia concessa habitantibus, censentur etiam concessa nobilibus. Portoles sup. n. 74. fol. 83. Burgos de Paz in. l. 3. Tauri. a n. 456. fol. 226.

11. Nobilis in Arago quis sit? Privilegia extendi ad nobiles.

Sententia in causa nobilitatis lata in fauorem nobilis, scilicet Petri: prodest omnibus eiusdem nobilis consanguineis ex parte patris descendentibus. Alex. in l. saepe. n. 62. vers. Adde quod, de re iud. Portoles sup. n. 97. Tiraque de nobil. c. 17. n. 3. & c. 37. Xarez alleg. 27. Otalora de nobil. 2. p. 3. p. princip. c. 8. n. 1. & 6. fol. 196. etiam proderit patruelibus id est primo secundos descendentibus ex vno stipite. Portoles sup. n. 101. & dicit

12. Sententia lata pro te nobili an prosit tuis consanguineis, vel e contra?

Adde. l. 3. n. 9. & l. 8. & l. 12. hic.

dicū Doctores: & proderit etiam patruo probantis. Portoles sup. n. 103. Tiraq. sup. n. 4. modō tamen nobilitas sit sanguinis, & non priuilegij. Portoles sup. n. 105. fol. 94. sed & si pronuncietur contra eum: nocebit eius posteris, vel consanguineis eiusdem stirpis, nisi collusio detegatur, vel modō cum legitimo contradicte sit pronuncia- ta, & non sit pronuciata incidenter. Tiraq. de nobil. c. 37. a. n. 2. vsq; ad. 14. vbi alias limitationes videbis. Sed in Regno Arago- num sententia lata contra fratrem non no- cebit fratri alteri non citato in causa nobi- litatis. Portoles sup. n. 108. fol. 95.

13. Ad proba- tionem no- bilitatis qui citan- di?

Ad hoc, vt nobilitatem tuam legitime probes: debes citare Aduocatum Fiscalem, & Iuratos loci, vel ciuitatis: vbi habitas, & dominum dicti loci. Portoles ad Molinum 2. tomo. 3. p. 8. Infancia, n. 124. fol. 99. Ota- lora de nobil. l. 1. p. 3. p. princip. c. 1. n. 11. & 12. fol. 72. & c. 4. n. 2. fol. 82. Abend. de exeq. lib. 2. c. 10. n. 20. fol. 169. & si in pluribus lo- cis habes domicilium, Concilium vtriusq; loci citare debes: aliās ei non citato non nocebit sententia aliqua. Otalora sup. lib. 1. 3. p. c. 4. n. 4. fol. 87. col. 1. Portoles sup. n. 125.

14. Cōtrapre- tensionem nobilitatis quæ obla- tent?

Si quis velit probare nobilitatē quoad possessorium, si Fiscalis probet, quod talis, vel eius pater, vel auus vnum solum actum nobilitati contrarium fecerit, succumbet talis pretensor. Portoles sup. n. 144. Otalor. l. 1. p. 3. p. c. 6. n. 8. & 10. & 2. p. 3. p. c. 9. n. 9. 10. & 15. sed si volens probare quoad possessorium, succumbat in hoc, poterit redire ad proprietatem nobilitatis secus si primō egit de proprietate, & succumbat, quia ad possessorium redire non poterit. Portoles sup. n. 145. & 146. Otalor. sup. 2. p. 3. p. c. 4. n. 5. fol. 159.

Redire de possessorio.

Ad lib. 2. tit. 7. l. 3. an nobilis in- carcerari pro debitis, vel torqueri possit?

1. Nobilis an torqueri possit?

AD verba, Los hijosdalgo no sean puestos a questio de tormento, ni presos por deudas, idem in Castella, lib. 6. tit. 2. l. 4. & 5. Recopil. leg. illius Regni, nisi descendat ex delicto vel quasi, tunc carcerari potest pro debito. l. 6. ibi. de iure nobiles tor- queri non possunt. l. Diuo Marco. C. de quest. l. milites, & l. Decuriones. C. de Didacus Perez lib. 4. tit. 2. & 5. ordinam. fol. mihi 1370. & 1371. Gregor. Lopez, glosa. 4. l. 2. tit. 30. p. 7. sed contra eos est proceden-

dum ex plena probatione, quæ sit sufficiens ad inferendam pœnam delinquenti: vt Di- dacus. d. l. 4. glosa, c. idem est in Castella. d. l. 4. & 5. idem in Regno Aragonum, lib. 1. tit. Declaratio priuilegij, vers. Item que tur- ment. Sed in Francia torquentur, quia ibi reatus omnem honorem excludit. iuxta. l. 1. C. vbi Senatores, teste Didaco Perez. d. l. 4. additio, c. sed & in Aragon nobiles non puniuntur pœnis corporalibus, licet sint extranei ab illo Regno. Portoles. §. nobilis n. 1. fol. 345. Sed pro crimine lesæ maiestatis diuinæ, & humanæ torqueri possunt nobi- les. l. Decuriones. C. de questio. glos. 6. l. 24. tit. 21. p. 2. Didacus Perez. d. additio, c. & l. nullus. C. ad leg. Iul. Maies. Et pro crimine simonia. l. 4. C. ad leg. Iul. Maies. Didacus Perez. d. additio, c. Et pro crimine aleuosiæ d. additio, c. & Otalora de nobil. 5. p. c. fi. fol. 336. Et pro prodicione. l. 24. tit. 21. p. 2. & ibi Gregor. glos. 6. Et in Regno Castellæ pro sodomia. Gregor. Lopez, glos. 4. l. 2. tit. 30. p. 7. & de iure ob periurium, falsum- ue testimonium nobilis amittit suum pri- uilegium. Casan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 20. ibi Decendre, n. 4. & 5. fol. mihi. 7. o. Affi- ctis decis. 404. n. 13. Item ad hoc vt nobilis

gaudet priuilegio non torquendi, debet habere, Executoria de b. dalguia. Bald. in. l. non ignorat. n. 14. C. de his, qui accusare, vel debet plene probare suam nobilitatē, nec sufficit: si semiplene probet. Sese de- cis. 13. n. 20. 21. & 22. Garcia de nobil. glos. 1. n. 4. vers. In Hispania, fol. mihi. 34. p. 2. quod intellige quando nobilis agit principaliter de nobilitate. Sed si agat ad finem, vt pœnis plebeyorum non puniatur, sufficit: si probet solam possessionem, licet non probet possessionem sui patris, nec aui. Portoles ad Molinum. 2. tom. 3. p. §. infancia. n. 23. fol. 89. Otalor. de nobil. l. 1. p. 3. partis. c. 8. n. 11. Quod sic vidi praticari, & obtinui, quod tamen limita, nisi ex aduerso probe- tur ei, quod ipse, vel pater, vel auus eius ali- quem actum plebeyorum fecerint. Portoles sup. n. 84. fol. 89. Couar. var. lib. 1. c. 16. n. 10. vers. Primo. Si tamen allegaret quis, quod est habitus pro nobili, sed non allegat, quod est nobilis: & non probet plene suam nobilitatem: non sufficit, vt colliges. ex Sese, & Garcia sup. & fat est ad hoc, vt nobilis non possit pro debitis incarcerari, infurcari, vel flagellari quasi possessio nobilitatis. Vt Sese, & Garcia sup. Didacus Perez lib. 4. tit. 2. l. 6. additio, f, fol. mihi 1380. in ordinam. sed de iure communi nobilis potest pro debitis incarcerari. l. 1. C. qui

An plena vel semi- plena pro- ba- tio suffi- ciat vt no- bilis non possit tor- queri?

qui

qui bonis. Quod dixi hic, nobilem nō posse, Torqueri: intellige, nisi delinquat contra a que nobilem: tunc enim torqueri, & in- furcari poterit. Gregor. Lopez, glos. 5. l. 25. tit. 23. p. 3. nobilisq; homicida debet regula- riter ob id mori. Greg. Lopez glos. 1. l. 15. tit. 8. p. 7. Si lite pēdēte moriatur prædēs, se nobilem declarari: processus debet resumi per eius filios in statu: in quo reliquit eius prædecessor: & non est necesse, vt fiat nouus processus. Portoles. d. §. infancia. n. 148. fol. 105. Otalora de nobil. 2. p. 3. partis c. 6. n. 3. fol. 181. nobilisq; fideiusor pro exactore tributorum Regiorum non po- test incarcerari. Sylua resp. lib. 1. in respon- so. 6. fol. 49. nec nobilis depositarius pro deposito. Sylua sup. lib. 2. in responso. 16. c. 2. a. n. 37. fol. 203.

Nobilis si- deiusor carcerari.

Vel deposti- tarius.

2. Nobis an renuntiet suo priuile- gio?

Nobilis potest renuntiare suo priuile- gio, vel nobilitati. Otalora de nobil. 3. p. c. 6. n. 8. fol. mihi. 115. col. 2. Couar. in. c. quamuis pactum. 2. p. in principio. n. 5. Petrus a Syria, in sua praxi forensi. q. 16. Ro- land. conf. 13. n. 10. vol. 1. quod intellige ad effectum, vt capi possit: sed non ad hoc, vt torqueri possit pro delictis. Gregor Lopez glos. 1. l. 34. tit. fi. p. 7. Couar. sup. nec quoad fisiones, & reuerentiam: quam ei debet ignobilis. Couar. sup. n. 5. Sylua resp. lib. 2. resp. 16. c. 1. n. 26. & 27. fol. 197.

Si auus fuit nobilis & pater igno- bilis.

Sine dubio tamen valebit renuntiatio, si nobilis tempore contractus, dixit, se non esse nobilem. Vel si cum iuramento renun- tiauit. G utierrez de iuram. confir. 1. p. c. 16. n. 62. & 63. sed in Regno Valentia non po- test renuntiare. Syria. sup. n. 22.

Nobilis si soluit colle- ctam: sibi præiudi- cat.

Si es nobilis ex origine, & passus fuisti: te collectari; & soluere pectam: non poteris iuuare te tua nobilitate ad effectum, vt in posterum soluere non cogaris, nisi per be- neficium minoris ætatis, vel alterius iustæ causæ restitutionem petas contra patien- tiam, & solutionem collectarum. Otal. de nobil. 3. p. c. 6. n. 10. Si nobilis negat, se esse nobilem, non potest gaudere priuilegijs no- bilitatis contra contrahentes cum eo, nisi tamen ignorauerint, esse cum nobilem: Syl-

ua sup. lib. 2. respon. 16. c. 4. n. 17. & 19. fol. 213. per. l. 1. & 2. C. si minor se maior. Go- mez in. l. 79. Tauri. n. 4. Curia Philippica. 2. p. §. 17. n. 11. fol. 401.

Nobilis pro debito Regio carcerari po- test in Regno Castellæ. l. 4. tit. 2. lib. 6. Re- copil. illius Regni. Curia Philippica. 2. p. §. 17. n. 7. fol. mihi. 400. sed pro eo, quod de- beat alia debita Regia, Vt pro alcualas, & alia iura pertinentia Regi: capi non potest: id verō, quod hic dico, quod pro debito Regio carcerari potest: intellige, si est debi- tor ex eo, quod fuit Arrendador, vel condu- ctor iurium Regalium, vel horum collector, ita Curia Philippica, sup. n. 7. Lafarte de de- cima vendit. c. 18. a. n. 63.

5. Nobilis pro debito quā do possit carcerari?

Sed & potest carcerari nobilis, si debi- tor est ob causam sui captiui, vel consan- guineorum suorum redemptionis. Azue- do in. l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. n. 28. Curia Philippica, sup. n. 9. fol. mihi. 401. sed & po- test carcerari, si occultat sua bona in frau- dem sui creditoris. Azueedo sup. n. 31. Cu- ria Philippica sup. n. 10. fol. mihi. 410.

4. De eodem.

Item nobilis si est debitor ob id, quod fuit tutor, vel curator, potest carcerari: quia procedit ex delicto. Bald. in. l. 1. §. 1. vers. Tutores, de falsis. Castillo in. l. 79. Tau- ri. Curia Philippica. 2. p. §. 17. n. 12. fol. 402. exceptō si talis nobilis tutor fuit mater, vel auus. Curia Philipp. sup. n. 12. Bobadilla lib. 3. c. 5. n. 31. ob obedientiam scilicet, quā minores debent eis.

5. De eodem.

Sed & nobilis si est fideiusor in causa criminali pro reo: non gaudebit priuilegio nobilitatis: & sic poterit carcerari pro de- bito, quod debebit talis reus fisco: secus pro eo, quod debebit talis reus parti. Cu- ria Philipp. 2. p. §. 17. n. 13. fol. mihi. 402. Ca- stillo in. l. 79. Tauri. glosa fin. in fine. Boba- dilla, lib. 3. c. 6. n. 24. vsq; ad 28. ratio est, quia debitum, quod debetur fisco: censetur criminale, & causa criminalis, cui se sub- missit ipse fideiusor. Sic intellige Hypoli- tum de Marsilijs in rub. de fideiusoribus n. 284. Decius in reg. priuilegium.

6. De eodem.

Nobilis si- deiusor.

Nobilis, si est illegitimus spurius, non gaudet priuilegio non in carcerandi in Re- gno Castellæ: secus si est naturalis. Curia Philipp. 2. p. §. 17. n. 14. fol. mihi. 403. Sed & alius quis nobilis, si pro debitis nollit in- carcerari: alleget, & probet, se esse nobi- lem: aliās non præsumetur talis. Curia Phi- lipp. sup. n. 14. fol. mihi. 402. eo modo, quo dixi hic. n. 1.

7. An nobilis illegiti- mus?

Ad verba, Por auer vsado publicamente de trato, y mercaderia, de iure mercatura de- rogat

8.

Mercatura an deroget nobilitati?

rogat nobilitati. l. nobiliores. C. de com-
mer. & ibi Baldus, & l. ne quis. C. de digni-
tat. lib. 12. Straca de mercatura. 2. p. n. 17.
fol. 60. nisi mos regionis aliud suadeat. Ti-
raq. de nobil. c. 33. n. 19. vel nisi per alios
exerceatur, & non per se. n. 20. & Casan. in
Cathalogo. 11 p. in considet. 45. Guidopa.
decif. 217. Gregor. Lopez. l. 34. tit. fi. p. 7.
Adde hic. l. 1. n. 1. publice uti mercatura nō
est uti coram duobus: sed palam corā omni-
bus. Casan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 1. ibi
Publique, fol. mihi. 518. extat forus nostri
Regni lib. 1. tit. 4. c. 4. vbi sic. *Insançon nin-
guno, que ande en Navarra en mercaderias
comprando, & vendiendo sus cosas, por ayu-
darse de sus mercaderias: non debe portadgo
ninguno en el Reyno de Navarra.*

Fuero.

Nobilitas ex privilegio. Clarus.

Generosus.

Nobilitas emptione non acquiritur.

Aui & proau.

9. Adde hic. l. 12. n. 3.

Quoad fruendum his privilegijs, suffi-
ciet, quod quis sit nobilis ex privilegio. Ce-
phalus. conf. 451. à n. 7. vsq; ad 33. vol. 4.
Clarus genere est qui ex utroq; parente,
avis, & maioribus legitime descendit sine
macula obscuritatis, & spurietatis. Gene-
rosus verò est qui ex solibus patribus nobi-
libus, vel ex militibus ortus est, etiam si ex
obscura, & non legitima matre natus sit.
Otalor. de nobil. 2. partis. c. 2. n. fi. Gregor.
Lopez. l. 3. tit. 21. p. 2. Nobilitas non acqui-
ritur per emptionem. l. 12. tit. 21. p. 2. vbi
Greg. Lopez. Si pater meus, & avus meus
fuere nobiles: sed proavi, & alij maiores
ignobiles, id est, *Pecheiros*, mihi nocebit
quoad proprietatem hidalguiz, id est nobi-
litas. Otalor. sup. 3. p. c. 6. n. 7. fol. 109. co-
lumna. 1. in fine.

Ad illa verba, *Por deuda, que no proceda
de delicto*, si enim procedit ex delicto, po-
rerit carcerari nobilis ut hic. Idem in Re-
gno Castellæ. l. 79. Tauri. vbi Gomez, & Ca-
stillo, & alij, vbi per dictam. l. 79. idem iuris
est in quasi delictis, ut & dixi hic. n. 1. & for-
te hoc idem erit in hoc nostro Regno.
Quia statutum loquens de delicto, compræ-
hendit & quasi delicta. Ut colligitur ex
Ferrara in praxi in forma libelli, *actiois
realis. §. iure dominij*, n. 57. Et ex delicto
procedere debitum dicitur id, quod princi-
paliter venit, & debetur, vel in consequen-
tiam accessorie ex officio iudicis, ut si ex
furto, violentia, vel alio delicto debeatur
aliqua res, vel quando ex delicto in iure sit
æstimatio ciuilitate in pecunia, vel quando
ex aliquo delicto publico, vel priuato, ut
homicidij, falsitatis, vel alterius, ultra pæ-
nam corporalem sit condemnatio in ali-
quo interesse partis. Gomez in. l. 79. Tauri.
n. 5. versiculo, *Item quero*. Nomen nobilis

*Id est de hidalgo, est antiquius, quàm nomen
de Cauallero. l. 2. tit. 21. p. 2. La executoria de
hidalguia del Colateral aprouecha à otro Co-
lateral, probando la decendencia de vn solar,
o casa. Iuan Garcia de nobil. glos. 6. n. 48.
Gregor. Lopez. glos. 9. l. 7. tit. 15. p. 4. Adde
hic. l. 2. n. 12. & l. 8. & l. 12.*

Ad probationem nobilitatis sufficiunt
duo testes ex parte patris, & duo ex parte
marris. Rebusus in concordatis. 1. tomo, in
rub. de collat. §. cum verò, additio, litera, a,
folio mihi. 356. Nobilis vel *Hijodalgo de so-
lar conocido*: non potest probari, quia non
est lex, quæ auctoritet talem modum lo-
quendi. Iuan Garcia de nobilit. glos. 18. n.
7. Otalora refert in suo tractatu nobilita-
tis. 2. partis. c. 4. n. 10. in fine, *Qué las audien-
cias de Granada embiaron tonfultado, que to-
das las casas, donde no auia auido pechos de
tiempo immemorial à esta parte: gozassen de
ser tenidas por solares conocidos, y que la pro-
bança desto quedase en el albedrio de los Iue-
zes*. Nobilis id est *hijodalgo de Vengar qui-
nientos sueldos*, in Regno Castellæ dicitur.
*Porque segun fuero de España, à los hijosdal-
go les competia este derecho especial de esti-
mar, y pedir las injurias (que les hazian) en
quinientos sueldos*. Couar. var. in tractatu ve-
terum numismatum. c. 5. n. 7. vers. *En esta
materia*, folio mihi. 540.

Item aduerte, quod entre los Godos
auia *hijosdalgo*, y villanos. Y assi no se si-
gue, *Es vno de los Godos, luego es hijodalgo*.
Iuan Garcia de nobil. glos. 18. n. 3. 8. y 39.
Nobilis ad hoc ut admittatur ad officia no-
bilium: non requiritur plena probatio, sed
minor: & sic sufficet præsumptiua proba-
tio. Garcia sup. glosa. 35. n. 7. fol. 342. Nobi-
lis ex patre, & auo, etiam si non nobiliter,
sed viliter viuat, gaudet nobilitate, secun-
dum Otaloram de nobili. 2. p. 3. partis. c. 5.
n. 12. quod intellige si talis nobilis sit nobi-
lis, *Natural, y de sangre, y perpetua* (quæ nec
loco, nec tempore circumferibitur. §. sed
naturalia quidem, de iure naturali) ita limi-
tat. Iuan Garcia de nobilitate, glosa. 1. §. 1.
n. 55. fol. 52. Et sic nec per exercitium offi-
ciorum vilium amitti talem nobilitatem
tenet ibi Garcia, in. d. n. 55. præcipue *En las
montañas*: sed certe ut meum iudicium di-
cam, vel id est falsum, vel saltim interim,
quod talis nobilis exercet officium vile,
non gaudebit nobilitate. Sed gaudebit ea, si
desistat ab eo: sed & gaudebunt illius filij, si
eo non vtuntur. Tiraq. de nobil. c. 27. vbi
quod per exercitium artium vilium obscu-
ratur nobilitas, dum quis id exercet: & est
textus

10. Solar conocido.

Hidalgo de végar 500. sueldos.

11. Godos. Præsumptiua probatio.

Per officium quando committatur nobilitas hic & l. 12. n. 4. hic? dicitur ut ibi.

textus in. §. 1. vers. *sancimus*, ibi, & non
quosdam artifices ignobiles, in auth. de testi-
bus. Et quod filijs non præiudicet, tenet
Tiraq. sup. c. 35. & ratio potest esse, quia
cessante causa amissionis, vel obscuritatis
nobilitatis: (quæ est tale officium) debet,
& cessare eius effectus, quod & tenet Gar-
cia sup. glosa. 1. §. 1. num. 58. Filius gaudet
nobilitate, si suus pater sit nobilis, licet ma-
ter sit vilis. Gregor. glosa. 3. l. 3. tit. 21. p.
3. & §. 1. de libertinis. l. Senatores, de Sena-
tor. limita in Castellano. Ut Greg. Lopez,
glos. 1. l. 6. tit. 18. p. 2. Adde. l. 2. n. 11.

12. Adde. n. 1. hic.

Vxor viri nobilis.

Item nobilis quoad privilegia dicta
erit ille, qui ex antiquo, & privilegiato est
sanguine: qui est exemptus ab oneribus,
& tributis plebeiiorum, dignitate, officio,
vel scientia; & hoc etiam si filius descen-
dat ex tali, sed ex matre vili, secus si ex pa-
tre vili, sed ex matre nobili. Et nec vxor
nobilis viri torqueri poterit, nec carcera-
ri. Quia fruitur eius privilegio. Gomez in
l. 79. Tauri. n. 6. vbi an filius bastardus? de
hoc bastardo adde hic. l. 6. n. 4. & 6. qui si
est naturalis ex vnica concubina retenta in
domo, gaudet nobilitate patris: secus si sit
spurius, vel vulgo quæsitus. Gomez in. l. 79.
Tauri. n. 6. Sed & gaudebit tali privilegio
vxor vidua defuncti nobilis, dum est in vi-
duitate. Didacus Perez lib. 4. tit. 21. l. 6. ad-
ditio, c. folio. 1377. Palacios Rub. in rub.
§. 31. n. 8. 9. Sed non gaudebit ea vxor ta-
li privilegio, si nupserit cum vili. d. l. 6. ad-
ditio, d. folio. 1378. Palacios Rub. supra. Sed
si huius maritus vilis moriatur, gaudebit
illa nobilitate suo privilegio, nisi denuo nup-
serit cum plebeio. d. l. 6. additio, e, folio
1379. & l. femina. ff. de Senatoribus. Sed
si vir plebeius nubat cum vxore nobili, non
gaudebit huius nobilitate: dicta additio,
e, & Tiraq. de nobil. cap. 18. num. 15. vers. *e,
contrario*. Sed an pendente lite super nobi-
litate debeant gaudere his privilegijs, Di-
dacus in. d. l. 6. additio, f, fol. 1380. Couar.
var. lib. 1. c. 16. n. 11. Otalora de nobil. 2. p.
3. part. princip. c. 10. n. 11. vers. *præterea si-
cut*, & resoluit Didacus Perez sup. & bene,
quod non gaudebunt quoad non soluenda
collectas: sed quod gaudebunt ad effe-
ctum, ut officia vilia eis ne dentur, adde
Couar. var. lib. 1. cap. 16. n. 1. & 11. vbi quod
sententia ferri possit quoad possessoriū. Ad
de de ista litis pædicia hic l. 2. n. 7. & l. 12. n. 1.

Ad l. 4. dicti tit. 7. de probanda nobilitate.

Ad verba, *no se entienda ser hijodalgo
por solo el habito, no probando otra co-
sa, que concluya conforme a derecho*, de iure
communi nobilitas probatur per actus eos,
qui faciunt veram distinctionem inter no-
biles, & plebeyos. Bart. in. l. 1. n. 97. C. de di-
gnit. Ioan Garcia de nobil. glosa. 7. n. 21.
fol. 196. & sic non sufficit qualibet præsta-
tio, nisi faciat differre nobilem à plebeio.
Probatur & fama: existimatione, & repu-
tatione ita tamen, quod actus, qui vulgo
reputatur actus nobilium, & non plebe-
iorum, faciat nobilem. Garcia sup. n. 22.
Guidopapa decif. 88. Felinus in. c. super eo
n. 5. de testibus. Tiraq. de nobil. c. 10. n. 6. 7.
& 8. Sed si in vno loco non est differentia
actuum inter nobiles, vel plebeyos: ex eo,
quod quis descendat ab eo: non proderit si
bi, nec quoad possessoriū actus nō solutio-
nis pædæ. Garcia sup. n. 23. fol. 196. nisi def-
cēdat, *de casa de solar, q̄ sea fuerte cō armas:
voz, y apellido de solar auida por Baronia: no
auida por titulo dē cōpra*. Garc. sup. glos. 18. n.
35. fo. 294. Secus d̄ foro li. 3. tit. 5. c. 6. vbi sic,
*en villa de hijosdalgo, do el Rey no es vezino,
no puede demādar el Rey à ningun home por su
villano*. Nobilis notorius appellatur ille,
qui per sententiam transactam in rem iudi-
catam declaratus est talis, vel ille, qui sine
vlla controuersia: populiq; retractatione
cōmuniter est habitus, & reputatus pro no-
bili, ut Didacus Perez, lib. 4. tit. 21. l. 6. in ad-
ditione, litera, a, fol. mihi. 1373. ordin. Reg.
Cast. quod ego intelligerem de eo reputato
pro nobili: modo tamen præcedant, vel in-
terueniant actus nobilium, ut dixi cum
Garcia, & Guidopapa supra hoc n. In
Regno Castellæ nobilis dicitur ille, qui
venit *de derecho linage de padre è de abue-
lo, hasta el quarto grado, à que llaman vi-
fabuelos*, l. 2. in fine, tit. 21. p. 2. Nobilis
nemo præsumitur. Gama. decif. 86. n.
3. Baldus in. l. non ignorat. C. qui accu-
sare. Casan. in conf. 64. Ad probandam
nobilitatem quoad proprietatem, vel pos-
sersionem quæ requirantur? vide in Ca-
saneo, conf. 64. Ripa lib. 2. respons. cap. 26.
Aymon conf. 163. Abend. de exeq. lib. 2.
cap. 14.

Item nobilitas vtriusq; parentis requi-
ritur ad hoc ut quis sit Castellanus. Greg. Lo-
pez. glos. 1. l. 6. tit. 18. p. 2. & præsumitur pro
nobilibus in his, quæ spectant ad sua officia, &
præualet electio facta de nobili. Greg. Lop.
glos. 1. l. 6. tit. 18. p. 2. Vera nobilitas ex vir-
tute, & in virtute, & maior nobilitas
est dare eam, quàm accipere. Fontanella
K de

Nobilis quis dicatur?

Nobilis notorius.

In Castella.

Ad nobilitatem requisita.

Nobilitas vtriusq; parentis.

de pactis nupti. clausul. 3. glosa 1. n. 30. fol. mihi. 10. vbi comprobatur hoc cum Platone, Seneca, & Cicerone.

Ad lib. 2. tit. 7. l. 5. de probatione Nobilitatis.

1. Probari sine inquietatione.

AD verba, *cada vno pueda probar su hidalguia sin ser inquietado, &c.* idem, de iure communi. Bart. & Alex. in l. si prius de noui operis nuntia. Idem in Regno Aragonum. Portoles ad Molinum. 2. tomo. 3. p. §. *infantio*, num. 116. fol. 97. secus in Regno Castellæ. Portoles ibi, & Otor. de nobil. 1. p. 3. p. c. 1. à n. 4. fol. 70.

2. Cuius expensis?

Ad verba dictæ legis. *que los concejos no sean obligados a seguir los pleytos de los notorios hijos dalgo.* Adde quod tales lites præ tendentium, se declarari nobiles: debent prosequi vniuersitatum decuriones expensis Reipublicæ, sed non cum expensis singulorum vicinorum, & si deficiant bona communia Reipublicæ: collecta est imponenda pro singulis vicinis, & hoc casu pro rata debet quoque contribuere ipse assertus nobilis præ tendens, se talem declarari. Abendañus de exeq. 2. p. c. 10. n. 19. & 20. per doctrinam Baldi in l. ab omnibus. §. si Titio, de legat. 1. & Portoles ad Molinum. 2. tomo 3. p. §. *infantio*. n. 126. fol. 100. Sed quod præ tendens, se nobilem declarari, non teneatur contra se contribuere, tenet Parlad. 3. p. quotidi. quæstio. in q. 11. fol. 17. per. l. 2. C. de edendo, & Gregor. Lopez glosa, *dellos*, l. 3. tit. 9. p. 3. Quod ego intelligere rem, nisi decuriones, vel vniuersitates sciatur: talem præ tendentem esse vere nobilem: tunc enim expensis Reipublicæ, nec suis non debent resistere tali præ tendenti: sed recognoscere eum debent pro tali nobili: aliàs temere litigabunt: debebuntque in expensis condemnari, ex proprijs suis bonis, & non ex bonis Reipublicæ. §. 1. de officio iudicis, & Paulus Montanus, de tutel. c. 31. in effectu. 6. n. 4. Ad hoc autem vt, in expensis proprijs condemnentur, non erit satis, quod temerarie litigent, sed requiretur, quod calumniose egerint, vel se defenderint, & requiretur dolus, vel euidens calumnia. Gutierrez de tutel. 3. p. c. 1. n. 105. & 106. cum & debeant agnoscere bonam fidem, & lites superfluas euitare. Paulus de Castro in l. qui solidum. §. etiam. n. 2. de legat. 2. Adquirens nobilitatem de nouo maiorem, non debet præ ferri antiquiori nobili. Casan. in consuet. Burg. rub. 10. §. 1. in textu, *rete-*

nue, num. 1. fol. 1371. & quia nobilitas antiquior, melior, vt Greg. Lopez in l. 2. tit. 2. p. 2. ibi, *de luene*, & Alberi. in l. 1. C. de iure aureorum.

Ad lib. 2. tit. 7. l. 6. de armis Nobilitatis.

AD verba, *se guarde el derecho en quanto al poner armas en puertax, &c.* Sed quibilet posset de iure ponere arma, vel insignia in sua domo. Bart. in tractatu de insign. & armis. n. 4. Casan. in Cathal. i. p. consider. 38. conclusio. 15. Tiraq. de nobil. c. 6. à n. 12. Non potest quis impedire, ne sua arma ponat in suo loco. Et si ponantur in eo, & quis amoueat. ea: tenebitur actione iniuriarum. Casan. sup. conclus. 29. fol. 13. vbi quod possint arripri, si ponat quis ea in relictigiosa. Vt usufructuarius sua arma ponere potest in domo proprietarij, conclus. 30. folio. 13. De delatione armorum in maiorij. Molina de Hisp. lib. 2. c. 14. Legitimus an portare possit arma? Casan. in Catal. i. p. 3. consider. in conclus. 77. fol. 29. vbi quod sic si ad hoc expressè sit legitimus. Arma eorum, qui ob prodicionem expulsi sunt à ciuitate, delectantur. Roman. sing. 480.

Ad verba, *ninguno vese de armas, que no le pertenezcan*, Armis alienis quis vt non potest. Roland. cons. 59. n. 51. vol. 3. Casan. sup. conclus. 23. 25. 26. vsq; ad 34. Tiraq. de nobil. c. 6. à n. 16. vbi Tiraq. quærit, an quis possit præ scribere insignia aliena? de qua præ scriptio bene & Casan. sup. conclus. 47. Roman. sing. 293. Couar. var. lib. 1. c. 16. n. 10. in fine, qui solam immemorialè præ scriptio approbant in tali præ scriptio armorum alienorum, *Adde l. 12. n. 1. hic*. Volentes ponere arma, quis possit prohibere? Casan. sup. concl. 21. 22. 23. vbi in d. concl. 23. & 28. tenet, quod ignobiles, rustici, vel iudei possint prohiberi, ne ponant arma nobilitatis. Vasalli non possunt facere depingi sua arma in loco, vbi sunt arma sui Domini. Casan. sup. conclus. 25. fol. 12. Cognatis, nec affinibus non licet portare arma domus illius, vnde cognatione habent, cõclus. 26. Assumere non licet arma aliena popularibus villanis, vel rusticis, cõclus. 27. & 28. Ex pluribus habetibus aliqua arma quis præ ferri debeat? Casan. in Catalo. i. p. cõsid. 38. cõclus. 36. fol. 14. & cõcl. 48. Arma transeunt ad successores. Casan. sup. cõclus. 37. 38. & 39. sed non ad affines, nec cognatos, cõclus. 40. nec ad heredes reueliũ, cõclus. 42. nec ad fideicommissariũ, conclus.

conclus. 43. vbi quod transeunt ad emptorem, & conclus. 44.

Ad verba, *sean condenados en las costas los delatores*, idem de iure. Guidop. decis. 269. de istis late Salcedo in praxi. c. 6. fol. mihi. 17. & tales delatores non possunt a lite recedere. Abiles in cap. Præ. c. 52. glosa, *pesquissa*, fol. 274. Clerici auferre non possunt arma posita in capela per huius fundatorè: aliàs arbitrio iudicis puniuntur. Romanus sing. 480. Cepola de seruit. vrb. c. 71. n. 10. vbi n. 7. quod inquilinus in domo conducta possit ponere sua arma. Villani ob incapacitatè arma nobiliũ præ scribere non possunt Casan. in Cata. consider. 38. conclus. 47. folio. 19. Arma paterna, sed non materna debet quis portare. Molina de Hisp. lib. 2. c. 14. n. 39. vbi quod arma paterna præ ferri debeant maternis.

Sed quæ sint arma Imperatorum, & quæ Regũ? vide in Casan. in Cata. i. p. consider. 8 conclus. 15. & 17. Eorum arma nemini licet deferre, seu assumere: quia aliàs esset, se parè facere cum eis: sed accessorie in signũ subiectionis supraponere insignibus proprijs arma Regis licitum est ei, qui non sit vilis persona, & tollès arma Principis poterit vt reuellis puniri. Casan. sup. d. concl. 15. Itè arma Regis in operibus publicis poni debet, sed in domo Regia nemini licet ponere sua arma: secus in operibus factis per volentem ponere ea. Casan. sup. concl. 16. & etiã ponere potest ille, cuius pecuniã factũ fuit templũ: hospitale, vel ædes sacra, vel imago. Casan. sup. conclus. 11. honor est portare talia arma, cõclus. 12. violator armorum Principis tenetur crimine læsæ maiestatis, conclus. 18. vbi idem de violantibus arma Dominorum. Ignobilibus non licet arma deferre, conclus. 20. & 22. Nec bastardis conclus. 24. fol. 12. col. 3. & Tiraq. de nobil. c. 15. n. 13. Guidopapa decis. 580. Nicola. Garcia de benefi. 2. tom. 7. p. c. 15. n. 49. fol. 88. Molina de Hisp. lib. 1. c. 4. n. 47. Filius bastardus hominis nobilis gaudet nobilitate sui patris in Regno Aragonũ. Portoles ad Molinũ. 2. tomo 3. p. §. *infancio*. n. 128. vbi quod secus de iure communi. *Adde hic n. 6.*

Princeps non potest sua arma donare alicui. Casan. in Cata. i. p. consider. 38. conclus. 44. fol. 15. nec quis poterit vendere sua arma. Casan. sup. conclus. 45. fol. 17. vbi hoc intelligit in præ iudicium successorum, & de armis concessis sibi, & suæ familiæ, vel posteritati, in vers. *cum ergo*, fol. 18. col. 3. Ex quo sequitur, quod arma sibi concessa per Principem, cedere potest, &

transmittere, sic intellige Casaneum sup. in vers. *licet in omnibus*. Arma verò quis sibi propria auctoritate assumere potest: & hæc poterit vendere, vel alio quocunq; titulo relinquere. Casan. sup. d. conclus. 45. vers. *aut vero*, fol. 18. artifex arma sui officij, si ea assumpsit propria auctoritate, poterit alienare, secus si ea accepit à Republica, vel simul cum socio: si tamen accedat consensus socij: poterit alienare arma accepta simul cum socio. Casan. in Catal. i. p. consider. 38. conclus. 45. vers. *aut vero loquimur*, fol. 18. col. 4. in principio. Sed tamen arma concessa sibi, & suæ familiæ, vel posteris: si nullus sit ex familia, qui succedat: poterit talis ea relinquere cui uellet, modo non sit vituperium relinquenti ea, vel ei, cui relinquuntur: armaque pertinentia vni officio transeunt ad successorem in eo. Casan. in Cata. i. p. consider. 38. conclus. 46. fol. 18. col. 4. & fol. 19. col. 1. in principio.

Plures regulariter eadem arma deferre non possunt. Casan. sup. conclus. 48. vbi in vers. *tertius*, resoluit quod habens arma à Principe, præ fertur habenti ab alio, vel aliunde, si ambo sunt æqualis dignitatis. Sed si vnus sit maioris dignitatis: talis præ feretur. Arma licitum est variare, vel mutare. Casan. sup. conclus. 31. vers. *sed quid*, fol. 13. col. 4. In sepulturis quis poterit, si uellet, ponere arma. Casan. sup. conclus. 11.

In Regno Aragonum bastardi gaudent nobilitate suorum parentum. Portoles ad Molinum. 1. tomo. §. *bastardus*, num. 1. fol. 275. vbi quod sunt de eorum domo, & familia ibi. Idem in Gallia. Tiraq. de nobil. cap. 15. num. 10. & 25. Boerius decis. 127. num. 21. idem in Castella. Plaça de delict. cap. 41. num. 5. & 6. Otor. de nobil. 2. p. 3. partis. c. 3. num. 3. Idem de consuetudine totius fere orbis Christiani. Otor. sup. Guidopapa decis. 580. Boerius decis. 127. in fine. Tiraq. de nobilit. c. 15. n. 30. & Portoles sup. n. 3. fol. 275.

Ad lib. 2. tit. 7. l. 7.

AD verba, *los hijos dalgo en los aposentos de la gente de guerra, reciban el menos agrauio, que ser pudiere*, de iure tales non sunt exempti à receptione hospitiũ. Bart. in l. rescripto. §. sciendum, n. 3. demuner. & honor. Otor. de nobil. 2. p. c. 1. n. 14. nec clerici non sunt exempti ad hospites non accipientes. Bart. in d. §. sciendum, n. 3. quod intel-

1. Nobilis an exen ptus hospitiõ?



lige vt hoc sit tantum in aduentu Regis. Vt dico hic lib. 3. tit. 26. l. vnica. Nobilitas ex sanguine extenditur in descendentes in infinitum, sed nobilitas ex priuilegio non extenditur ultra pronepotes. Portoles ad Molinū. 2. tomo. 3. p. §. nobilis. n. fi. fol. 250. Platea in. l. 1. C. de dignit. lib. 10.

Extendi.

Ad lib. 2. lit. 7 l. 8. de Nobilibus laborandis in operibus publicis.

DE iure cōmuni isti nobiles tenentur ad portus, & aqueductus, & murorū instauratiōē, seu extructiōē. l. ad portus. C. de oper. publi. sed & ad Castellorū defensionē, vel reparatiōē tenentur etiā cum proprijs manibus, imminente necessitate. l. 1. §. tit. 18. p. 2. possessio nobilitatis id est hidalguia consistit en no pechar. Otorora de nobil. 3. partis. c. 4. n. 2. fol. 95. & hęc possessio nō releuat pratendentē nobilitatē, vel immunitatem, ab onere probādi. Otorora. sup. 2. p. 3. partis. c. 5. n. 5. Palacios Rub. relatus per eum. Abb. in. c. 1. in fine, de rellit. spol. celsoribus. Pater tuus fuit pronūciatus por pechero, vel pro ignobili, per sententias: nocebunt tibi in quasi possessiōe: sed non nocebunt, si probes de tempore antiquissimo titulū nobilitatis maiorū tuorū. l. fi. de liber. causa. Nec nocebunt, si probes de collusione, vel magna negligentia tui patris in tali lite, vel si non se defendit, nec si nihil probauit. Alberi. in. l. ingenuū de stat. hom. Otorora. 3. p. 3. part. c. 4. n. 8. & 9. & hic l. 2. n. 12. & l. 12.

Nocere fac

celsoribus.

Ad, d. tit. 7. l. 11. de duplici portione debita nobilibus.

AD verba, *residiendo el que tuuiere doble porcion en el lugar, donde la tuuiere, la pueda llenar, &c.* sed non requiritur, quod cōtinuō resideat ipse, sed sufficet, si eius familia resideat, licet ipse non resideat. Parisius conf. 159. à n. 16. vol. 4. nobilis habitans in loco, vbi sunt ignobiles, id est pecheros, nō habet de iure plus cōmoditatis in pacuis, quam ignobiles. Olanus litera, n. n. 20. Alber. in. l. Imperatores de seruit. rust. Gregor. Lopez. l. 9. tit. 28. p. 3. vers. como los ricos sed secus est in hoc nostro Regno Navarre, si habitat in loco, vbi omnes ceteri, vel saltem maior pars eorū sunt villani, id est ignobiles, Olanus litera, n. n. 20. & est forus dicti

Regni, lib. 6. tit. 2. c. 1. & 2. Vbi sic, Maguera, *el infançon debe auer en roturas, & en tallaçones de montes, tales dos como vn labrador pechero, & sufficet si maiori in parte anni resideat.* Portoles ad Molinū. 2. tomo. 3. p. §. ganatum. n. 9. fol. 5. & Burgos de Paz in. l. 3. Tauri. in. 1. p. in 3. cōcl. n. 384. & 385. fol. 220. & l. cū d' lanionis. §. Sabinus de fundo instr.

Estos pecheros en latin se llaman Erarij: Couar. var. lib. 1. c. 16. n. 10. Probatio in hidalguia si illa sit quoad proprietatē, absoruet possessiōē. Couar. var. lib. 1. c. 16. n. 10. Soli Reges dant priuilegium nobilitatis. l. 10. tit. 18. p. 3. & etiā domini non recognoscetes superiorē, quoad non soluēda sibi tributa. Otorora de nobil. 4. partis princip. c. 1. n. 2. Causaq; nobilitatis *de origen y depēden* cia, nō potest cumulari cū causa nobilitatis ex priuilegio. Otorora. 4. partis principalis c. 3. n. 3. Et intentato vno, post poterit quis trāsire ad aliud. Otorora. sup. n. 5. nec per modū exceptionis poterunt cumulari coniunctiue: sed sic disiunctiue, & sic etiam quoad interim, ad effectum non soluendi collectas. Otorora. sup. n. 8. & 9.

2. Pecheros qui sint in iure?

Cumulari.

Ad lib. 2. tit. 7. l. 12. fol. 64. p. 2.

AD verba, *los hijosdalgo durate los pleytos no sean cōpelidos a las obras, &c.* de quo quid de iure? vide hic in. l. 2. n. 7. & l. 3. n. 7. & l. 8. Si virtute sententiarū vsus fuit pater tuus & auus nobilitate: tibi proderit id. Balbus de præscrip. 2. p. 5. p. n. 34. *Adde hic l. 2. n. 7. & l. 8.* Promotor Fiscalis prouocat te in causa nobilitatis: probas de quasi possessiōe tua, tui patris, & auis: sed nō de tempore immemoriali: obtinebis quoad possessoriū. Couar. var. lib. 1. c. 16. n. 10. in fine, *Adde l. 6. n. 2. hic.*

Possessoriu

Per præscriptionem adquiri nobilitas.

Auus, vel proauus tuus fuerunt pronuntiatū por pecheros, illorū descendentes nō soluerūt peccas: tamē præiudicabit eis quoad possessiōē, & proprietatē. Otorora. de nobil. lit. 3. p. 3. partis. c. 4. n. 10. sed si ab initio litis isti descendētes allegassent priuilegiū immunitatis, & ad hoc inducerent testes deponentes de quasi possessiōe immunitatis, & de immemoriali, obtinerent. Balbus de præscrip. 2. p. 5. p. n. 34. Otorora. d. n. 10. in fine. Sententia lata contra te in materia nobilitatis, nocent tibi, tuisq; licet non sint executioni tradita. Otorora sup. n. 11. *Adde hic l. 2. n. 12. & l. 8.*

2. Sententia prædecessorum an præiudicet descendenti-bus?

Nobilis captus ob debita ciuilia, relaxandus est sine fideiussoribus. Parlador. 3. p. quod tid. differ. in differ. 79. c. 2. n. 7. fol. 298. Et si prommissit

3.

Nobilis promissit dare fideiussores pro obseruatione contractus, & non det: delinquit, & poterit incarcerari. Parlador. sup. num. fin. fol. 299.

Nobilis dum exercet officium vile, non gaudet priuilegijs nobilitatis, *vt dixi ley. 3. num. 11. hic*, quod intellige ad hoc vt ioluat collectas plebeyorum: sed ad hoc, vt corporaliter non coerceatur (vt plebei) gaudebit priuilegio nobilitatis. Portoles 3. p. §. infanrio, num. 53. Otorora de nobil. 2. p. 3. partis principalis, c. 10. n. 3.

4. Nobilis exercens officiu vile.

Ad lib. 2. tit. 7. l. 14. de Priuilegijs Nobilium.

DE quibus priuilegijs. Tiraq. de nobil. cap. 20. Pena in. l. 1. C. de dignitatibus. Non possunt flagellari pro delictis. Bart. in. l. 1. de termino moto. Couar. var. lib. 2. c. 9. n. 4. Gramaticus decil. 32. Otorora de nobil. 5. p. c. fi. n. 4. sunt immunes à collectis. Rebuf. in concor. 1. tomo rub. de collatio. §. cum verò, in additione, litera, b, fol. mihi. 354. *Adde l. 2. n. 6. hic*, sed eorum vxores non sunt immunes ab eis, de iure nec in Aragon. licet sui mariti sint exempti. Portoles. 2. tomo. 3. p. §. infanrio, n. 71. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 165. & 168. contrarium dicerem ego ob dicta hic. in. l. 3. num. 12. Nobilis prius sedet, & prius saluator, quam plebeius. l. fi. §. sedendi. C. vbi Senatores. l. 2. & fi. C. de offi. diuersi. iudicum.

Nobilis non tenetur *se desdicere, vel palinodiam recantare.* Abiles in cap. Præt. in proænio, fol. 3. n. 20. in beneficijs ei deferatur instrumenta apud eum deponi debet, in electionibus eius vox præferitur, gaudebit nobilitate filius legitimus ex bastardo, & muliere nobilibus. Rebuf. sup. nobilis mitius punitur, quam ignobilis. Felinus in. c. Pallorialis, de offi. Deleg. & glosa, Canalleros, in. l. 2. tit. 30. p. 7.

Non infurcatur, sed decapitatur. Bart. in l. capitalium. §. famofos, de panis. Nec mittitur ad Galeras, sino à Oran. Couar. var. lib. 2. c. 9. n. 3. vbi quod in pena pecuniaria grauius punitur, quam plebeius. Duobusq; nobilibus plus creditur, quam tribus ignobilibus, seu plebeis. Iason in. l. properandum, §. in au. em. C. de iudicijs. Contra nobilem non adiciuntur testes viles. Lucas de Pena in. l. mulieres. C. de dignitatibus, iniuriaq; ei facta grauius punitur, quàm facta plebeyo. l. aut sceta. §. persona de panis, de illo

insurcari, adde hic. l. 3. n. 1.

Nobilis debet sedere in altiori loco, quàm plebeius: & accipere prius la paz, & accedere primò ad oblationē. l. 23. tit. 21. p. 3. Petrasancta sing. 35. Tiraq. de nobil. c. 20. n. 51. & 52. sed si ignobilis cōsueuit habere altiorē locū, non est ab eo deiciendus. Faber in §. aliam de bonor. possess. vbi quod si minus nobilis nollit cedere nobiliori in sedendo, is non possit contra illum agere iniuriarū, aget tamen contra minus nobilem, vt sibi cedat in sedendo. Casan. in consuet. Burg. rub. 6. §. 4. ibi, *entre gens*, n. 1. fol. mihi. 848.

4.

Ad lib. 2. tit. 8. l. 1. de Patrimonio Clericorum.

AD verba, *no sea en facultad de ningun labrador dar patrimonio sin licencia del Señor, secus de iure communi.* Didacus Perez. 1. tomo, lib. 1. tit. 3. l. 1. glofa, 4, fol. mihi 89. & 90. in ordin. Reg. Cast. circa patrimonialia hęc, adde declarationes seq. S. Cong. Card.

Prima sit, & ait his verbis: *Nullus Clericus secularis, aut Regularis non professus debet ad sacros ordines promoueri sine sufficienti titulo, ex Bulla Pij. V. edita anno. V idib. Octobris.* Ita refert Farinacius ad declarationes Concilij Tridentini ses. 21. c. 2. de reformatione, *nullus*, fol. mihi. 168. & Nicolaus Garcia de benefi. 1. tomo. 2. p. c. 5. n. 11. fol. 124. & Marzilla ad eas lib. 3. tit. 13. c. 1. additio, b, fol. 449.

1. Declaratio Cardinalium ad Trid. ses. 21. c. 2. de reformatione.

Cong. censuit sic, *ob penuriā Sacerdotum quādoq; concessum est ordinari sine beneficio, vel patrimonio, dummodo quis spodeat, se necessaria ordinadis ministraturum.* Ita refert Garcia, sup. n. 97. fol. 134. & Farin. sup. vers. nisi, fol. mihi. 168. & Marzilla sup. additio, c, fol. 449.

2.

Cum ad patrimoniū, vel pensionis Ecclesiastici titulū ordinari nō possint nisi illi, quos Episcopus indicauerit assumendos pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiarū suarū iuxta d. c. 2. ses. 25. de reformatione clericis autē al sentes, Ecclesijs necessitate habētibz, aut subuenire, aut vilitatē aliquā afferre nō possunt, queritur, an huiusmodi clericis literas dimmissorias Episcopus cōcedere possit? Congregatio censuit, posse & ad eum spectare. Ita refert Garcia de benefi. 1. tomo. 2. p. c. 5. n. 76. fol. 132.

3. Patrimonium, vel pensio.

Cōg. Cōcilij cēsuit, *nō expedire, vt ad titulū patrimoniū quis ad sacros ordines promoueat, nisi certi redditus ad honestā promouendū sustentationem sufficientes, super certis redditibus*

4. Reditus annui.



Cong. censuit sic Ordinarius permittere debet Tertiarias moniales sancti Francisci sub obedientia fratrum minorum, quemadmodum ante fuerunt, & proficere, vt professionem trium solemnium vtorum quamprimū emittant, ex instituto Religionis sancti Francisci (cui sunt adiecta) si forte non emisserunt. Nec eas cogere debet, vt habitum mutent, vel vt velo nigro vtantur, si illarum ordo id non requirat. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 25. de Regularibus. c. 1. vers. ad suam. fol. mibi. 401. illasq; intra septa Monasterij claudere debet, Farinacius sup. vers. postremo, folio mibi. 401. de illis Tertiarijs adde Marzillam lib. 1. tit. 12. c. 8. additio, clausuram, fol. mibi. 171.

Congregatio censuit his verbis. Regulares tam famina quam masculi non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis superioribus, a quibus primò subueniendum est necessitatibus earum, vel eorum, quibus munera destinata fuerunt. Ita refert Farinacius sup. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. nemini, fol. mibi 401. an ex dispensatione? infra à declaratione 64. hic.

Quando extra claustra Regularis delinquit notorie, an detinendus in carceribus Episcopi, donec processus in curia Episcopali conficiatur, eoq; compilato instate superiore remittatur, vna cum processu puniendus: vel potius non expectata compilatione processus statim remmittendus sit ad superiorem vna cum his probationibus, quae habentur? Congregatio respondit, ita faciendum esse etiam quod superior nullam instantiam faceret, & ita esse obseruandum. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 25. de Regularibus. c. 4. vers. & extra, fol. mibi. 436. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 15. additio, p, fol. 189.

An Regulares degentes de licentia superiorum in domo ad erectionem Monasterij destinata, comprehendantur sub dispositione Concilij Trid. ses. 25. de Regul. c. 14. & c. 3. ses. 6. adeo, vt ab Episcopo si deliquerunt, puniri, & corrigi possint? Cong. resp. comprehendendi, si in ea domo vigeat Regularis obseruantia. Ita Farinacius sup. vers. An Regulares, folio mibi 436. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 15. additio, p, fol. 189.

An Regulares possint ciuilitate coram Episcopo à creditoribus suis, vel coram conseruatoribus conueniri? Cong. resp. à 19. de Iulio de 1573. Quod si sint in Regulari obseruantia, non possunt conueniri coram Episcopo, quia habent propriam superiorem, & nihil habent: cum ius commune Episcopi propter exceptionem, sit. Sed coram conseruatoribus in casibus

57. Tertiarijs S. Francisci.

58. Non habeant propria.

59. Si delinquant extra claustra.

60. Vel in domo aliqua.

61. In ciuilibus conseruati coram Episcopo.

bus permisis in ses. 14. c. 5. possunt conueniri. Ita refert Farin. sup. ses. 25. de Regul. c. 14. vers. an regulares possint, fol. 436. & Marzilla ad. d. c. 14. additio, p, fol. mibi. 189. Quid de iure communi, & in quibus habeat iurisdictionem contra Religiosos? est hic fol. 60. num. 103.

62. Cogi ad Religionem ingrediendā. Anathema est qui cogit aliquam ad ingrediendum Monasterium. Trid. ses. 25. de Regul. c. 18. si pater naturalem habet filiam, eamq; instituit heredem ea lege, vt in Monasterium ingrediatur: alias instituit ipsum Monasterij, & filia relinquit pro alimentis. 25. aureos: an isto casu is incidat in penam Anathemae, sitq; coacta ipsa? Cong. resp. die 18. de Iunio. 1573. non incidere, quia textus dicti. c. 18. loquitur per verbum coegerit, & sic de vi incusina, quae cessat in dicto casu, in quo non potest considerari alia causa, quam inductiua. Item ista filia erat naturalis, & nihil de hereditate paterna poterat praeatendere, & mens testatoris videtur fuisse, vt haberet Monasterium heredem. Ita haec refert Farinacius ad. d. c. 18. fol. mibi. 448. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 21. folio. 201.

63. Testari cū licentia Patris. Non licet superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vsufructum & vsu. Trid. ses. 25. de Regul. c. 3. Nisi congregatio censuit, soli Papa, qui solet Monachis concedere vim testandi dummodo consensus superioris ad illud accedat, & de modica quantitate disponatur. Ita refert Farin. ad Trid. d. c. 2. vers. non liceat, folio mibi. 403. Marzilla sup. c. 3. additio, n, fol. 164.

64. Habere immobilia, vel census. An ex dispositione inferiorum summi Pontificis liceat Regularibus possidere, vel tenere agros, annuos redditus, alia bona immobilia superflua. Cong. resp. non licere. Ita refert Farinacius ad. d. c. 2. vers. nec deinceps, fol. mibi 403. & Marzilla sup.

65. Cum licentia inferiorum habere bona. An propter talem licentiam superiorum possidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia superflua, à culpa, vel à pena excusentur? Cong. censuit non excusari neq; à culpa neq; à pena ipso iure incurrenda. Ita refert Farinacius sup. d. c. 2. vers. an propter, fol. mibi. 403. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, n, fol. 164.

66. Declaratio Extrahi a Religione per homines de Cruciatas, vel Inquisitores. Congregatio sic censuit, homines de Cruciatas, nec Inquisitores non posse extrahere Regulares absq; superiorum consensu. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regul. c. 14. vers. per Inquisitores. folio mibi. 435. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 15. additio, o, fol. mibi. 189.

67. Transferri de vna Religione ad aliam. Cong. sic censuit, omnes cuiuscunq; Religionis legitime translati ad Carthusianos, possunt in eadem Carthusiensi Religione in claustro Priores: & extra claustrum procuratores esse.

Ita refert Farin. ad Trid. ses. 14. c. 11. vers. de vno fol. mibi 161.

68. De eodem. Cong. his verbis resp. contra Regulares vagantes de vno in alium ordinem translato agit Egiscopus ex d. c. 11. ses. 14. vt ex Bulla Pij. V. de translatis. Ita refert Farinacius sup. vers. contra, fol. 161.

69. De eodem. Cong. sic resp. potest superior dare licentiam translato ad modicum tempus standi extra Monasteria causa praedicationis, vel audiendi confessiones. Ita refert Farinacius sup. vers. perpetuo, fol. mibi. 161. adde à declaratione. 92. hic.

70. De eodem. Cong. sic resp. Translatus ad laxiorem etiā eiusdem Religionis, debet translatus se conformare regulae, & modo viuendi illius Monasterij, ad quod translatus est. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regul. c. 19. vers. transferatur, fol. mibi. 449. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 24. fol. mibi. 204.

71. Ne cisciantur a Monasterio. Cong. sic resp. in posterum nemo Regulariū eijciatur à Monasterio etiam si sit incorrigibilis: sed peccantes à superioribus ignominia carceris castigentur, & acrius etiam, si opus fuerit: pro modo delictorum puniantur. Ita refert Farin. ses. 25. de Regul. c. 14. vers. seuerere, fol. mibi. 435. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 15. additio, p, fol. 189.

72. Ne habeant beneficia. Cong. censuit his verbis. Regulares sunt incapaces beneficij, etiam si esset Canonicatus Regularis, non autem beneficij curati iuxta. c. quod Dei timorem, de Statu Monach. licet non hodie, cum obstet Concilium Lateranense. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 14. c. 10. vers. Regulares, fol. mibi. 161. & Marzilla lib. 2. tit. 8. c. 4. additio, x, fol. 281. adde n. 109. hic. De Regularibus an debeant ire, vel non ad processiones lib. 1. tit. 14. l. 28. §. 31. hic. Qualiter debeant praedicare: hic in 56. declaratione, & lib. 4. tit. 30. l. 3. hic. An visitari possint ab Episcopis? lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. hic. Qualiter debeant esse confessores, & eis Episcopus dare confessores lib. 4. tit. 29. l. 1. in 18. declaratione. bus hic.

73. Declaratio. An privilegium Regularium, quod non teneantur seruare interdicta in aliquibus diebus tantum, veluti in festis suorum ordinum, sint contraria Concilio, & sublata. Cong. resp. privilegia haec si ante Concilium concessa fuerint, vtique esse reuocata. Ita refert Nicol. Gar. de benefi. 1. tomo. 5. p. c. 8. n. 87. in 8. dubio & eius responsione. fol. mibi. 656.

74. Declaratio. Regulares an propria habere possint? Cong. censuit his verbis. Monialibus non licet possidere propria, & si quid legatum relictum, datum, donatumue fuerit, vel earum labore, vel industria partum: traddi debet Abbatibus. Quae ex eo primum monialis ipsius, cuius causa



causa id quæsitum est, necessitati providebit. Reliquum conferri debet in usum Monasterij. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. monialibus, fol. mibi. 402. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, b, fol. 163.

75. De eodem. Item moniales nec tanquam proprium possunt possidere quod suis manibus laborando adquirunt, vel eis à parentibus donatur, etiam quod Monasterium esset pauperrimum. Ita refert Farin. sup. vers. possidere, fol. mibi 402. & Marzilla sup. adde. n. 17. 58. 64. 65. 74. vsq; ad 84. & 99. hic.

76. De eodem. Item & censuit sic, in casu supradicto quando donatur monialibus, aut alias ipsa aliquod adquirunt: superior Monasterij, si illud pauperrimum sit, debet primò providere donataria, vel ei, quæ laborando adquirunt, de necessariis. Quod reliquum est, in commune conferatur. Ita refert Farinacius sup. vers. in casu, fol. mibi. 402. & Marzilla sup. De iure communi Monachis legari non potest Crasus. §. legatum q. 7. si sint mendicantes ex regula, vt sunt Franciscani, nec ad finem, vt vendant, & in vsus necessarios erogent. Exceptis his, qui sunt mendicantes ex constitutionibus vt Prædicatores, Crasus sup.

77. De eodem de sibi donatis. Cong. sic censuit. Moniales, & Regulares ceteri, res etiam parvi momenti sibi donatas, aut alias adquisitas: vti proprias retinere non possunt: sed superiori resignanda sunt. Ita refert Farin. sup. vers. superiori, fol. mibi. 402. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, l, folio mibi. 163. Idem de iure communi. Nauar. de Regular. tom. 2. à n. 2. præcipue in vers. ex his, fol. 87. c. non dicatis. 12. q. 2. & c. 1. 18. q. 1.

78. De eodem. Cong. sic determinavit. Quidquid singula moniales quocumq; titulo acquisierint: totum ad Abbatissæ manus deferri oportet. Quæ in primis ex huiusmodi acquisitionibus subueniat arbitrio suo necessitatibus illius monialis, cuius opera, vel contemplatione fuerint petita. Quod verò reliquum est, conuertat in communem usum totius Monasterij, curabitq; vt victus monialium quotidianus communis sit, & in coelura, & in vsu. Ita refert Farinacius sup. vers. conuentui fol. mibi. 402. & Marzilla sup. additio, m.

79. De eodem quo ad vsu. Cum D. Aldonsa de Toledo: viro mortuo: facta est monialis sancti Francisci: sibiq; (permittente filio) reseruoisset circiter 200. aureos ad vsu: quia contra Concilium est, moniales habere aliquid proprium: visum est, dandam eam pecuniam Priorissæ, quæ providebit necessitati ipsius Aldonsæ. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. cum D. fol. mibi. 402. & Marzilla sup. fol. 163. in additione, m.

Cong. sic ait Si quis affert munera, vel elemosinam, vel aliquid, quod sacrarum Virgini manibus elaborandum sit: det Abbatissæ: vel illis, quæ ab ea Rotæ proposita sunt, modo præsentente earum procuratore. Neq; alij debet, aut cum ea præterea alloquatur. Ita refert Farin. sup. vers. si quis, fol. mibi. 403. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, m, fol. mibi. 164.

An superioribus Regularium afferentibus, se Regularibus suis posse concedere licentias tenendi, vel possidendi immobilia, vel mobilia superflua, fides adhibenda sit? Congregatio censuit, minime adhibendam. Ita refert Farin. sup. vers. an superioribus, fol. mibi. 403. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, n, fol. 164.

An superiore quantumuis requisito necessaria Regularibus negante, vel subtrahente: liceat ipsius clam. vel eo inuito illa sibi comparare, seu retinere? Congregatio censuit, licere. Ita refert Farin. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. nihil, fol. mibi. 405. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, r.

An idem liceat cum necessaria ideo negantur, vel subtrahuntur, quia Monasterij facultates non suppetunt? idem licere censuit Congregatio, si præfata necessitas sit ad indiuidui sustentationem. Ceterum eandem penuriam ab omnibus perpetranda vsq; adeo, vt si quid priuatim alicui delatum: vel ab ipso partum fuerit: id omne ad superiorem recte deferri oporteat: qui & primum succurrat eius necessitati, cuius intuitu illud obtinuerit, si peculiari aliqua necessitate vltra communem præmatur: reliquum in commune vtilitatem conuertat. Ita refert Farin. sup. vers. & quatenus, fol. mibi. 405. & Marzilla sup. additio, r. fol. 165.

An superiorum arbitrio, & præfinitioni stare debeant Regulares quoad mobilia superfluitatem, vel conuenientiam? Congregatio censuit: nisi de excessu arbitrij constiterit, vtique stare debere habita videlicet ratione personæ, officij, & Regularis status, paupertatis, quæ professi sunt, etiam caterarum vitæ qualitatum. Ita refert Farin. sup. vers. nihilq; fol. mibi. 405. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio nihil fol. mibi. 165.

Cong. sic censuit. Electio officialium, qui administraturi sunt Monasteriorum bona, ad Monasterij spectat superiores. Et ideo licet Episcopus sit eius superior, ipsi tamen possunt eligere officiales. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. administratio. fol. mibi. 403. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, o, fol. 164.

80. De eodem.

81. De eodem cum licentia.

82. De eodem, si necessaria denegat Religio.

83. Declaratio De eodem.

84. De eodem.

85. De officialibus vel ad ministratoribus bonorum monasterij.

86. De eodem possunt

possunt prout magis expedire videbitur redditus ipsorum Monasteriorum in loco conuenienti, etiam extra Monasterium conseruare, & de eisdem ministrare pro tempore necessitatis ipsius monialibus. Ita refert Farinacius, sup. vers. officiales, fol. mibi. 403. & Marzilla sup.

87. Declaratio Cardin. Moniales deputata in officiales reddituum Monasterij à suis superioribus, illos administrare possunt. Sic censuit Cong. ita referente Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. moniales deputata, fol. mibi. 404. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, p, fol. 164.

88. De eodem. Administratio bonorum Monasteriorum ad solos officiales eorundem ad nutum superiorum amobiles, pertinet. Verba sunt Tridentini ses. 25. de Regular. c. 2. vers. administratio, fol. mibi. 324. & isti amobiles sunt tantum qui distributionem bonorum habent: nã alios amouere non possunt. Ita tenuit Congregatio Concilij, & sic refert Farinacius ad, d. c. 2. vers. ad nutum, fol. mibi. 404. & Marzilla sup. secus si (tenet congregatio) darentur in titulum: tunc enim admitterentur etiam illorum resignationes etiam in fauorem (in forma dignum): & pro expresse eiusdem ordinis professis. Nec enim officia in titulum concessa dantur potius dignitates. Ita refert Farinacius sup. vers. secus, fol. mibi. 404. & Marzilla sup.

89. Officiales dicti amoueri. Cong. censuit sic, moniales illa quæ à Capitulo sui Monasterij in officiales huiusmodi eligi solebant in administratione bonorum immobilium dicti Monasterij, si dicto Monasterio visum fuerit: amoueri possunt. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. moniales, fol. mibi. 404. & Marzilla sup. poterunt etiam amoueri moniales administrantes bona supradicta, etiam si à capitulo eiusdem Monasterij fuerint electi. Ita Congregatio referente Farinacius sup. vers. potuerunt, fol. mibi 404. Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, p, fol. 165.

90. De eodem. Cong. sic ait Licet administrantes bona temporalia Monasteriorum, & officiales possunt amoueri ad nutum superiorum ex d. c. 2. in eo tamen non comprehenduntur officiales, qui bona temporalia non administrant sed hoc relinquuntur dispositioni iuris communis, & statutorum sacra Religionis. Ita refert Farinacius sup. vers. licet, fol. mibi. 404. & Marzilla sup. fol. 165.

91. De eodem. Ciuitates, quibus à sede Apostolica concessa fuit administratio bonorum temporalium ex custodia clausuræ, & facultate: hac adhibita moderatione vt debent, videlicet, vt quoad temporalia, & clausuram tantum illi electi à ciuitate gubernent Monasteria monialium, cum interuentu tamen, & consensu superiorum dictorum Monasteriorum ita, vt ipsi laici es-

sent etatis saltem 40. annorum: & quod prætextu talis gubernationis non possint loqui cum monialibus, aut eorum Monasteria ingredi, nisi cum necessitas sui officij id postulerit, & tunc quoque in presentia superiorum ipsarum monialium. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 2. vers. ciuitates, fol. mibi 404. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 3. additio, p, fol. 165.

Cong. resp. moniales Sancti Spiritus in Saxonia gubernandas esse ab Episcopis. Ita Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 9. vers. ab, fol. mibi. 429. Marzilla ad id, additio, vel, fol. 185.

Cong. resp. moniales sedi Apostolicae subiectas, ab Episcopo esse gubernandas spirituali gubernio: sed non temporali. Farinacius sup. vers. gauernentur, fol. 429. & Marzilla supra additio, b, fol. 185.

Cong. resp. sic. Per hoc decretum dicti. c. 9. nulla iurisdictio est concessa Episcopis in Monasterijs sedi Apostolicæ immediate subiectis: nisi in concernentibus spiritualia In temporalibus nihil agere possunt. Magistratus seculares non debent regere Monasteria monialium, quæ sunt immunita priuilegio, vel indulto Apostolico: sed sunt sub iurisdictione Ordinarij in istis dumtaxat rebus, quæ ad veram rationem spiritualium pertinent: in reliquis verò non possunt se intromittere. Ita refert Farin. & Marzi. sup.

Cong. sic resp. Episcopus non habet iurisdictionem in monialibus, quæ priuilegio, vel indulto Papa sunt immunes, nisi in ijs, quæ ad clausuram, & spiritualium rerum curam pertinent Ita refert Farin. sup. vers. Episcopus non, folio. 429. & Marzilla sup. fol. 185.

Cong. resp. sic. Episcopus, qui est in quasi possessione visitandi moniales aliquot, potest in dicta possessione perseuerare: saluum tamen manet ius dictis monialibus in petitorio. Farin. sup. vers. Episcopus qui est, fol. 429. Marzilla supra.

Cong. resp. Episcopum visitantem Monasterium tanquam Abbatem, non tanquam Episcopum, non acquirere possessionem visitandi Episcopo. Ita refert Marzilla sup. & Farin. sup. vers. Episcopus visitans fol. 429.

Cong. resp. nullam auctoritatem, vel iurisdictionem possunt sibi Ordinarij vendicare ex decretis Concilij Trid. in confessarios monialium, quæ subiecta sint Regularibus. Ita refert Farin. sup. vers. vel, fol. 429. & Marzilla sup. vers. vel, fol. 185.

Cong. censuit. Facultatem concedendi licentiam accedendi ad colloquium cum monialibus, Regularibus subiectis, spectare ad ipsos det? superiores

Trid. ses. 25. c. 9. de Regular.

92. Episcopi an habent iurisdictionem contra moniales?

93. De eodem.

94. De eodem.

95. De eodem.

96. De eodem.

97. De eodem.

98. De eodem. Contra co-tellarios monialium.

99. Alloquendi licentia cum quibus

superiores Regulares: nisi esset consuetudo legitime praescripta, ut huiusmodi licentia etiam quoad Monasteria: quae Regularibus subsunt, ab Episcopo, & superiore Regulari communiter obtineretur. Tunc enim consuetudinem esse obseruandum. Ita refert Marzilla sup. vers. sub fol. 185. Sed & Cong. resp. sic. Monialibus, quae non habent altunde, vnde comode se sustentare valeant, liceat artificibus, & manibus propriis victum sibi quarere, dummodo honesta, & stricta illarum clausura seruetur, pro ut a Trid. decretum est. Ita refert Marzilla ad Trid. lib. 1. tit. 12. c. 5. additio, b. fol. 167.

Moniales ex suis tribus quando solent valeat?

100. Transferti de loco ad locum Religioza.

Dotes.

Cong. resp. sic. quando ex permissu sedis Apostolicae transferuntur moniales de loco ad locum: translatum debet fieri in aurora, ut a paucis conspici possint: atque a personis grauibus, & honestis, & sanguine eis proximioribus coniunctis deducantur, earumque dotes Monasterio, quod relinquetur, remaneant. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 5. vers. quando, fol. mihi. 411. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 9. additio, l. fol. 174.

101. De eodem.

Ex causa sedes Apostolica concessit quibusdam monialibus, ut transirent ad aliud Monasterium alterius obedientiae, de consensu tamen superiorum. Ita refert Farinacius sup. vers. ex causa, fol. mihi. 411. & Marzilla sup.

102. Exire a Monasterio.

Censuit Congreg. ob causam concedere, ut moniales possint exire a Monasterio in Ecclesiam exteriori ipsius Monasterii, ut exercitari possint ubi sunt reliqua. Hac eadem causa a sede Apostolica fuit concessum, ut in domo parentum accedat per mensem. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 5. vers. censuit, fol. mihi 410. & Marzilla supra fol. 173. c. 8.

103. De eodem.

Item monialibus a Monasterio exire non licere etiam cum causa probabili, nisi ad sui communis consensus superioris Regularis, & Episcopi dispensati. Ita refert Farinacius sup. vers. monialis, fol. mihi. 411. & Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 9. additio, l. fol. 173.

104. De eodem.

Item moniales subiectas potestati Regularium, si sine Bulla, & licentia Ordinarii egressae fuerint: per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia debere ipsas, & earum superiores: (de quorum licentia a Monasterio fuerint egressae:) ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscunq; priuilegijs Bulla subscripta. Ita refert Farinacius sup. vers. moniales, fol. mihi. 411. & Marzilla sup.

105. De eodem.

Item exeundi a Monasterijs iustam causam moniales non habere ut curam nepotum suorum gerant, etiamsi nullum propinquum haberent. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regul. c. 5. vers. exeundi, fol. mihi 411. &

Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 9. additio, l. fol. 174. adde n. 109. hie.

Cong. censuit, ut liceat mulieribus ingredi prima clausura Monasteriorum quando contingit, viros & mulieres in publicis processionibus ire per ea ad Ecclesiam, vel in eis diuina celebrare: & non aliter. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 25. de Regular. c. 5. vers. ingredi, fol. mihi. 413. Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 10. fol. 174.

106. Ingredi in septa Monasterij

107. De eodem.

Item ingredi septa Monasterij nec Religiosis ipsis licere etiam ut satisfaciant potestatum voluntati, qui in Monasterijs monialium voluerunt, quolibet anno aniuersarium celebrari: nam hoc casu satisfaciendum est celebrando illud in exteriori Ecclesia. Ita refert Farinacius sup. vers. ingredi, fol. mihi. 413. & Marzilla sup. fol. 175.

108. De eodem.

Item intra septa Monasterij nec Religiosis ipsis licere missas celebrandi causa ingredi. Ita refert Farinacius sup. vers. intra, fol. mihi. 413. & Marzilla sup.

109.

Nec licere ingredi septa Monasterij sine licentia Episcopi, aut Vicary Generalis ad hoc speciale mandatum habentis. Ita refert Farinacius sup. vers. nec, fol. mihi. 414. & Marzilla sup. fol. 175. De eodem ingressu latius Marzilla lib. 1. tit. 12. c. 10. fol. 174. & Farinacius ad. d. c. 5. Beneficium illius, qui Religionem ingreditur, non est infra annum probationis alicui conferendum: nisi ad id ipsius accedat assensus: aut constet, quod vitam voluerit absolute mutare, vel professionem expressam fecerit: seu scienter habitum receperit professorum: sed interim eidem beneficio per alium deserviat, assignata congrua sibi de ipsius prouentibus portione. c. beneficium de Regular. in. 6. A Religione an Iesuitae, & alij Religiosi exire, possint? fol. 75. in. 8. declarat. hic.

Beneficio habere, vel vacare.

Ad lib. 2. tit. 18. l. 8.

AD verba, se prouean en naturales con-forme el Fuero, el qual fuero es el lib. 3. tit. 1. c. 1. tit. de Iglesias, donde habla assi: es a saber que todos los q quisieen poner Abbad a estrayno: desheredan a si, & a toda vezindat. Adde lib. 5. tit. 17. hic.

Fuero.

Ad lib. 2. tit. 18. l. 9. de Fluminibus.

AD verba, y puedan pescar en el dicho rio en lo que passare por los terminos Quando enim flumen tranlit per loca aliqua: id cen-

Num. 1.

censetur esse talium locorum. Ripa in. l. quominus. n. 36. de fluminibus, & Cepola de seruit. rust. c. 32.

2. In flumine piscari.

Flumina autem omnia, & portus publica sunt (excepto specificato sup. hic. n. 1.) Ideoque ius piscandi omnibus commune est in portu, fluminibusque; §. flumina, de rerum diuis. Larius lib. 3. tit. 18. l. 14. hic.

3. Vel edificare.

Ait Prator, ne quid in flumine publico, ripae eius facias: vel immittas, quo statio, iterue nauigij deterius fiat, vero. l. 1. de fluminibus. Flumen perenne est quod semper fluit, torrens quod tantum hyeme fluit. Si tamen aliqua aestate exaruerit quod alioquin perenne fluebat: non ideo minus perenne est. l. 1. §. item fluminum, de fluminibus. Hoc interdictum ad flumina nauigabilia pertinet. d. l. 1. §. ergo hoc: sed & ad non nauigabilia. d. l. 1. §. sed labeo.

4. Flumen publicum quod sit?

Publicum flumen est quod perenne est. l. 1. §. fluminum, de fluminibus. Si insula in publico flumine nata fuerit, & in ea aliquid sit: non videtur, in publico fieri. l. 1. §. si insula, de fluminibus. Alueus, quem sibi flumen fecit: etsi priuatus ante fuit: incipit tamen esse publicus: quia impossibile est, ut alueus fluminis publici non sit publicus. l. 1. §. ille etiam, de fluminibus. Flumina dicuntur esse Imperatoris vniuersaliter: sed in dominio particulari, sunt locorum vicinorum. Cepola de seruit. rust. c. 3. n. 4. fol. mihi. 412. & ibi additio, a, & sunt de Regalibus. c. 1. quae sint Regalia. l. flumina, in principio, de damno infecto.

An sit Imperatoris, vel loci?

An sit de Regalibus?

5. Aqua ex flumine publico duci potest.

Quo minus publico ex flumine ducatur aqua: nihil impedit: nisi Imperator. aut Senatus vetet: si modo ea aqua in vsu publico non erit. Sed si nauigabile sit, aut ex eo aliud nauigabile sit: non permittitur id facere. l. quo minus, de flumi. adde. n. 14. hic. Alueum fluminis publici quis alio diuertere, vel mutare non potest sine licentia Regia. l. 1. C. de alluuiou. & tit. ff. ne quid in flumine. Balasus de iure emphyt. 1. p. q. 16. n. 6. fol. mihi. 95. sed sic ob damnum euitandum, glof. l. 13. tit. 3. p. 3.

Alueus diuertere non potest.

6. Vti potes flumine publico lanando, & bibendo, &c.

Flumina publica quae fluunt: ripaeque eorum, publicae sunt. l. flumina. ff. de fluminibus. Flumine publico permittitur omnibus vti publice, ut labando, bibendo, vel similia faciendo. Cepola de seruit. rust. c. 31. n. 8. fol. mihi. 414. Sed in summitate fluminis non licet pannos lauare, ne commune poculum aquae corrumpatur. Abiles in. c. Prat. c. 17. glof. esten, n. 1. fol. mihi. 185.

7. Pontem in flumine an quis facere possit?

Quantum est, an is, qui in vtraque ripa fluminis publici domum habet: pontem pri-

uati iuris facere possit? respondi, non posse verba sunt legis, ff. de flumi.

Ait Prator: in flumine publico, inucripa eius facere, aut in id flumen, ripamue eius immittere quo aliter aqua fluat quam prior aestate fluxit: veto, verba legis. l. ff. ne quid in flumine publico. Simili modo & si alueum fluminis mutet: hoc interdicto tenebitur. d. l. 1. §. simili modo. Nec ad instantem aestatem, sed ad priorem hoc interdictum referatur, d. l. 1. §. is autem. Hoc interdictum cuius ex populo competit, sed & in haeredem. l. 1. §. hoc interdictum. 1. & 2. ff. ne quid in flumine, & si quid fiat contra hoc interdictum, debet demoliri. d. l. 1. §. hoc interdictum, el. 3. Edificare in flumine publico non licet. Cepola de seruit. rusti. c. 3. n. 5. fol. mihi. 413. fluminum publicorum vsus communis est, sicut viarum publicarum, & litotum. Cepola sup. n. 6.

8. Aedificare in flumine publico non licet.

Ait Prator, quominus illi in flumine publico nauem ratam agere, quominus in ripa onerare, exonerare liceat. Vm fieri veto. l. 1. ff. ut in flumine publico. Et tale interdictum competit, ne cui vis fiat: quo minus pecus ad flumen publicum, ripamue eius adpellat. d. l. 1. in fine: sed in eo clausam, siue aliud opus siue mihi proffit, siue tibi non obsit (nisi praecedente publica auctoritate) facere non licet. Portius in rub. de rerum diuis. n. 11. fol. mihi. 48.

9. In flumine naues ratas agere.

Vel pecus ducere ad id. Vel clausam in eo facere.

Lacus fluminis est qui perpetuam habet aquam, stagnum est quod temporalem continet aquam ibidem stagnantem, quae aqua plerumque hyeme colligitur. l. 1. §. lacus & stagnum. ff. ut in flumine publico.

10. Lacus. Stagnum.

In flumine meo priuato possum facere quidquid vellim. l. in re mandata. C. mandati, & dicitur tale flumen quatenus in agrum meum ingreditur, & quod non habet perpetuam defluendi causam, quia tam saepe accrescit quam saepe defluit. Portius in rub. de rerum diuis. n. 10. Et quodcunq; opus in meo flumine factum me ignorante, possum propria auctoritate destruere. Portius sup. n. 12. l. quemadmodum. ff. ad leg. Aquil. Flumen priuatum dicitur si habet originem a fundo priuato, vel ex concessione Principis: vel ex consuetudine, vel praescriptione. Cepola de seruit. rust. c. 4. n. 28. fol. mihi. 289. vel quod ad tempus fluit, vel fossata in agris posita, quae crescunt, & decrescunt, vel quatenus in suo ingreditur, & non semper fluit, & discurrit per sua praedia vsque ad flumen publicum. Cepola sup. c. 32. fol. mihi. 416.

11. In flumine priuato aedificari possit, vel aliud fieri marito do- minor?

Caput fluminis est vnde nascitur aqua

12. l. 1.



Caput fluminis. l. 1. §. hęc interdicitur vers. caput, ff. de aqua quot. Cepola de seruit. rust. c. 31. n. 8. fol. mihi. 414. Finis verò fluminis est locus, vbi terminatur, scilicet mare. Cepola sup. n. 8.

13. Si flumen sit in confinio duarum civitatum, cuius erit? resp. quod in dubio erit commune ambarum civitatum: & iurisdictione cuiuslibet cōpetet. Quia omnia sunt in confinio earum, quæ ab utraq; parte possident. l. arboribus. ff. com. diuid. Cepola de seruit. rust. c. 31. n. 14. fol. mihi. 415. vnde circa ea, quæ committuntur in ipso flumine vsq; ad medium fluminis: quælibet habet iurisdictionem vsq; ad medium fluminis. Bart. in tractatu. Tyber. vel de fluminibus. §. adquiretur, n. 8. Excepto si vna civitas est in possessione totius fluminis, quocasu solius illius erit iurisdictione. Cepola sup.

14. Aquam ducere ex publico flumine ad prædium. Aquam ducere ex publico flumine ad prædium. Aquam ducere ex publico flumine ad prædium. Aquam ducere ex publico flumine ad prædium.

15. Deflumen navigabile. Si flumen est navigabile, non potest prætor concedere ductum aquæ ex eo fieri. Quia flumen minus navigabile efficiat, idemq; est si ob hoc flumen fiat navigabile, l. si plures. §. si de damno infecto. Cepola de seruit. rust. c. 31. n. 15. fol. mihi. 415.

16. Alveus fluminis relinquitur cuius sit? Si alveus fluminis mutetur in aliam partem: quod est derelictum à flumine, diuiditur inter eos, quorum prædium ripæ adhærebant, & locus: per quem flumen incipit currere, sit publicus. l. adeo. §. insula vers. quod si naturali, de adq. rer. do. & §. quod si naturali, de rer. diuis. l. 31. tit. 28. p. 3. & licet aliquantulum aquæ fluat per talem antiquam alveum: si tamen ita sit modica, quod fluminis nomen perdidit, idem erit. Gregor. Lopez glos. 2. l. 3. tit. 28. p. 3. Et si flumen occultatur aliquo tempore sub terra, & aliquo fluit, non erit idem, propter consuetudinem reuertendi. Bart. in tractatu de alveo, verbo relicto, fol. mihi. 152. per §. pannonum, de rer. diuis. Greg. Lopez sup. In fluminibus an piscari liceat: lib. 3. tit. 18. l. 14.

17. Per inundationem fluminis amittitur possessio, sed non proprietate rei: nisi alveus fluminis steterit super tali re per decem annos inter præsentis, & per 20. inter absentis. Gregor. Lopez. l. 32. tit. 28. p. 3.

18. Insula in mari nata an sit usufructuaria? Insula in flumine nata non erit usufructuaria, sed proprietaria. l. item si fundi, tenet

§. sed si insula. ff. de usufr. In flumine an molendina fieri possint? Molendina fieri an possint in flumine. Molendina fieri an possint in flumine. Molendina fieri an possint in flumine.

Ad lib. 2. tit. 19. l. 1. de Clericis, an debeant gabellas?

AD verba, de la primicia los Sacerdotes no sean obligados de pagar Alcabala, adde quod de iure communi Clerici non tenentur soluere gabellam. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glosa. 13. n. 11. vbi an & Ecclesia? Late Nicolaus Garcia de beneficiis, r. tomo. 2. p. c. 3. sed sic collectas. Egidius Thomatus, de muneribus patrim. in repertorio in verbo, Clerici. Gabellam non debent soluere clerici de eo, quod eis superest post sustentationem suam, suæq; familiæ, si id post vendunt carius, quam emerunt. Salcedo in praxi criminali. c. 57. incipit, negociatores, in additione, 4. columna. 6. in principio folio. 199. Late Parlad. 1. p. c. 3. §. 1. & Lasarte de alcabala. c. 19. à n. 9. Didacus Perez lib. 1. tit. 2. l. 1. veteris ordinamenti Decimæ autem, & primiciæ an sint debite de iure diuino? Didacus Perez sup. lib. 1. tit. 5. l. 1. q. 5. fol. 191. bene Fontanella de patris nupti. clausula. 4. glosa. 19. p. 1. à n. 1. fol. 311. vbi late de decimis iuxta Theologorum opiniones & an per præscriptionem adquiri, vel tolli possint? de earum solutione, ibi. p. 2. fol. 320.

Clerici pro vestigali prædario coram iudice seculari conueniri possent. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. glosa. 1. n. 80. Bene Salcedo in praxi. c. 57. incipit negociatores, folio. 209. vers. erit tamen. Egidius Thomatus de muner. patrim. tit. de collectis vers. videndum, n. 10. folio mihi. 256. sed contradicit & bene Sylua responsorum lib. 1. in 5. responso in 3. p. n. 29. fol. 49. per. c. quoniam, de immunitate Eccles. in. 6. & per infinitos ibi per eum relatos, adde. n. 45. hic.

Ad §. 1. dictæ legis. l. 1. fol. 95.

AD verba, de la venta de los frutos del patrimonio no sean obligados de pagar alcabala, si emptores post, eos vendant, debent gabellam. Ferrar. in praxi in forma libel. de pedagijs. §. fi. n. 7. folio. 234. Sed Clericos non debere gabellam ex venditione talium fructuum, vel aliarum suarum reru, tenet

tenent Lasarte de alcabala. c. 19. n. 9. vbi quod nec Ecclesia, vel Monasteria, vel Religiosa persona debeant eam soluere. Idem tenet Montalbus in. l. 50. vers. que Pharaon, tit. 6. p. 1. & alij relati per Olanum litera, c. n. 37. c. quamquam, de censibus in. 6. Clement. præfenti, de censibus. Sed si inter clericum, & laicum habent commune prædium, & vendant id, vel teneant, solus laicus debet soluere gabellam, vel tributum Regium. Lasarte de alcabala. c. 19. n. 16. Didacus Perez lib. 3. tit. 1. in rub. folio. 748. in ordinam. Regal. Sed clerici si vendant rem immunem à solutione gabellæ simul cum alia re non immuni, debet soluere eam pro sola re non immuni. tenet additio ad Lasarté in dicto. c. 19. n. 17. Sed an hoc eodè privilegio non soluendi gabellam, vel tributum gaudeat clericus ordinatus prima tonsura. Lasarte in. d. c. 19. n. 18. vbi tenet quod non, nisi habeat beneficium, sed vide Couar. pract. c. 31. n. 32. Olanum litera, c. n. 31. Didacus Perez lib. 4. tit. 4. l. 22. ordinam. Regal. Sed non gaudebit, si solum habet ius ad id. Lasarte sup. n. 23. nec si habeat pensionem, n. 24. nec si habeat capellaniam non collatiuam. n. 26. Clericus habens beneficium in commendam gaudebit privilegio non soluendi collectas. Guidopapa decis. 152.

1. Declaratio de decimis.

Congregatio Concilij Trid. censuit die. 19. Decembris, anno. 1596. si decimæ sint impositæ rei, (quia ab initio fuerunt concessæ, vel iraditæ cum ea conditione, & onere, vt ex eis decimæ soluantur) tunc ad quoscunq; peruenerint etiam mendicantes, teneri eas soluere. Si verò debeantur pro administranda cura animarum, tunc quia Parochi his mendicantibus aliqua sacramenta non administrant, mendicantes ad eas non teneri: si tamen à solutione decimarum sedis Apostolicæ privilegijs eximantur. Ita refert Marcilla ad Trid. lib. 2. tit. 12. c. 1. fol. 317 Farinacius ad Trid. decis. 168.

2.

Cong. censuit sic. Abbatissa, vel moniales de bonis emptis tenentur ad primitias, & decimas soluendas Rectori Parochiali, de quibus est controuersia. Farinacius sup. ad ses. 25. de re for. c. 12. vers. Abbatissa, fol. 481. & Marcilla lib. 2. tit. 12. c. 1. fol. 317.

3. De primitijs.

Cong. censuit sic decimæ parochiales persoluendæ sunt his, à quibus percipiuntur sacramenta. Marcilla supra Farinacius, sup. vers. ad quos, fol. mihi. 481. adde alia lib. 5. tit. 8. l. vnica infra hic. decimæ coram quo petendæ? lib. 3. tit. 8. hic.

(?)

Ad §. 2. d. l. 1. de Clerico negotiatore.

Num. 4.

AD verba, si los clerigos trataren, o negociaren, ayan de pagar alcabala, idem de iure etiam si non sint moniti per Prælatos, vt desistant à tali negotiatione. Gregor. Lopez glosa. 3. l. 49. tit. 6. p. 1. c. quæquam, de cens. in. 6. Salcedo sup. in. d. c. 57. incipit, negociatores, folio. 208. vers. Præterea, & Lasarte de alcabala. c. 19. n. 51. & Clericus negotiator, non dicitur per vnus rei emptione, vel venditione, nisi plures negotiationes exerceat. Salcedo sup. col. 4. fol. 198. sed de hoc latissime Lasarte sup. à n. 51. vsq; ad 88. vbi plurima exempla specificat, & quotidiana, quæ vide necessario ad interpretationem huius vocabuli, negotiator, adde & constit. synod. de Pamplona lib. 3. tit. ne clerici, vel monachi. c. 1. folio. 126. Et clericus negotiator ad solutionem gabellæ conueniendus est coram iudice Ecclesiastico. Salcedo sup. fol. 209. vers. erit tamen, & publicanorum pænæ si in casibus non permissis exigant gabellas à clericis, sunt in Salcedo sup. fol. 209. vers. si tamen, vbi quod erunt excommunicati, & teneantur ad interesse.

Ad §. 3. d. l. 1. de tributis Regal.

Num. 5.

AD illa verba, los quarteles se tassan à respecto de los bienes sedientes, adde quod secundum rei valorem debent taxari: Egidius Thomatus de collectis. §. nobilitas. n. 17. folio mihi. 568. & ex isto valore deducuntur onera, & est attendendus valor quoad fructus. Posius in praxi tit. de Principe à n. 124. adde. C. de annonis, & tribut. & tit. de indictionibus, & tit. de exactoribus trib. lib. 10. adde lib. 3. tit. 15. l. 6. & lib. 5. tit. 1. l. 1. infra hic.

Ad §. 3. dictæ l. 1. de filijs Clericorum, & naturalibus, & adulterinis.

Num. 6.

AD verba, si clerigo, o sacerdote adquiriere bienes francos, los puedan gozar durante sus vidas, sin pagar quartel ni alcabala, adde Guidopapam decis. 79. vbi quod non debeant soluere gabellam de rebus acquisitis per eos de manu plebeiorum.

M Ad §. 3.

Ad §. 3. d. legis. 1. de eisdem.

7. AD illa verba, y los dichos bienes assi adquiridos no puedan dar a hijos en sacerdotio procreados, pero puedan darlos a otros qualesquiera: nota quod clerici filijs suis in facerdotio natis quid relinquere non possunt de iure. §. si in auth. quibus modis naturalibus effi. sui. l. 1. tit. 13. p. 6. Couar. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 5. n. 3. Crasus. §. institutio. q. 7. n. 9. Xuarez in tit. todo home. n. 30. idem in Regno Castellæ. l. 22. tit. 3. libro. 1. ordinam. Reg. nec etiam pro anima testatoris. Crasus sup. n. 9. nec alius pro clericis, vel nomine horum. Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 3. vbi si quid eis relinquatur: eosque tales filios palam instituant, succedent hæredes ab intestato. Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. additio, 4. col. 6. vers. nota. folio. 166. nisi adsint cohæredes, & post mortem testatoris. Molina de iustitia. 1. tomo disput. 169. conclusionem. 1. & Gomez in. l. 9. Tauri. n. 21. & 33. vbi vide. Nec per viam legati relinquere possunt eis. d. §. si. auth. quibus mod. nat. effi. sui; secus pro alimentis, tam de iure Canonico quam civili. Crasus. §. institutio. q. 7. n. 16. etiam si isti filij sint incestuosi, nefarii, vel ex damnato coitu nati. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 38. etiam in terris imperij. n. 38. Si tamen habeant tales filij spurij vnde aliàs viuere possint, clerici eorum patres eis quid relinquere non possunt. Crasus. §. institutio n. 16. & hoc de habere aliunde viuere, quomodo debeat intelligi? Aymon conf. 199. Gregor. Lopez glo. 2. heredar. in. l. 10. tit. 13. p. 6. imò & de necessitate dicti clerici patres debent relinquere dictis suis filijs ad alimenta, si non habent vnde se alant. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 39. & hoc secundum indigentiam, & qualitatem filiorum, & facultatem parentum ex redditibus tamen, & non ex proprietatis venditione. Gomez sup. n. 40. vbi quod attendi debet æstimatio fructuum patrimonij clericorum, & non valor proprietatis. Et fundus datus pro his alimentis post mortem talis filij alimentandi, debet reuerti ad hæredes eius patris. Gomez sup. n. 42. Olanus litera, f, n. 56. Xuarez in tit. todo home, n. 24. & talia legata debent æstimari secundum ætatem legatarij filij spurij. Xuarez sup. num. 26. Pro benemeritis tamen (modo hæc probentur:) bene posset clericus suo filio quid relinquere. Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. col. 5. fol. 165. vel pro dote filia spuria, modo hæc non excedat metam alim-

mentorum. Didacus sup. col. 4. Crasus. §. institutio. q. 7. num. 17. Gomez in. l. 9. Tauri: num. 43. & hæc dos post mortem talis filia spuria debet reuerti ad hæredes dotantis. Palacios Rub. in rub. §. 24. a num. 4. Gomez sup. num. 44. Abbas 2. p. consiliorum, conf. 50. num. 2. & 3. vbi tenet idem, etsi talis filia decedat cum filijs, & conf. 115. adde & Bald. in. l. eam quam num. 41. C. de fideicom. Capicium decis. 181. Matheslanun sing. 146. Olanum litera, f, num. 57. & tam alimenta, quam dicta dos an possit ei dari ultra quintum bonorum patris? Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. col. 5. Gomez sup. n. 44. Filium tamen natum ante sacerdotium potest clericus suus pater instituire hæredem. Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. q. 10. fol. 167. in ordinamentis Regal. Clericus tamen suæ concubinae donare non potest. Gomez in. l. 50. Tauri num. 68. & spurius filius debet alere suos patres pauperes. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 46. Item talis clericus pater poterit hæredem instituire vxorem sui filij spurij, vel maritum suæ filia spuria. Gomez in. l. 9. Tauri n. 17. vers. ex quo, Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. cautela. 3. sed & potest instituire nepotem, vel neptem ex filio spurio, vel ex filia spuria, vel incestuosa. Crasus. §. institutio. q. 8. n. 6. Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 14. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 17. Didacus Perez sup. cautela. 4. Gabriel hic statim in cõc. 13. eius, & fauet nostra lex ibi, Pero que puedan darlo a otros qualesquiera, hoc tamen intelligo modo tamè non instituat tales nepotes cõtèplatione sui filij spurij, vel filia spuria. Gomez sup. n. 17. Crasus. d. q. 8. n. 2. Iosephus Ludouicus, decis. 18. Speculator lib. 4. tit. de succes. ab intestato. n. 25. Gail. lib. 2. obserua. 115. à n. 3. Iulius Clar. §. testamentu q. 32. qui loquuntur indistincte de omni spurio, qui est ille, qui fuit natus ex his parentibus, inter quos non potest consistere matrimoniu. Couar. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 5. n. 1. Bene veru est, quod si anus laicus habet solus legitimam, non poterit nepoti ex filio spurio plus relinquere, quam filio suo spurio Clarus. §. institutio. q. 8. n. 1. vers. si autem, Cephalus, cõf. 368. n. 8. vol. 3. Instituire nepotem spurium ex filio legitimo, vel naturali etiam sacerdote potest auus. Gabriel lib. 4. com. omin. tit. de hæredibus instit. conc. 3. n. 13. Nepos ex filio coniugato, & soluta muliere natus auo poterno ex testamento succedere potest. Gama decis. 23. An filius ex muliere coniugata, vel ex concubina, vel

Et pro deo te, quæ tamen post mortem filij reuertitur ad hæredes dotantis licet filius decedat cum filijs. Ultra quintum bonorum. Quid de filio nato ante sacerdotium? An concubinae donare? Spiritus alere patres. Num. 8. Clericus vxorem sui filij potest instituire. Et nepotes. Si non instituat eos cõtèplatione filij, de quo hic in fine huius numeri. Spurius quis sit. Si auus habet filium legitimum & nepotem. De nepote spurio. Ex coniugato, vel coniugata, vel consanguinea, religio so, uel monacho.

vel ex consanguinea, vel ex patre vxorato, & muliere soluta possit ex testamento succedere suis parentibus? Gomez in. l. 9. Tauri. n. 14. Patri, nec matri non succedet natus ex moniali, vel Religiosa. d. l. 9. n. 15. Greg. Lopez glo. in. l. 4. tit. 3. p. 6. & quado censeatur auus reliquisse nepoti cõtèplatione sui, & non cõtèplatione sui filij spurij? Late Gabriel sup. con. 3. n. 15. & Crasus. §. institutio. q. 8. n. 2. vbi quod indubio non præsumitur, quod cõtèplatione filij instituit suum nepotem. Sed adde, quod spurio quid relinqui potest ab extraneis. Gregor. Lopez, glo. 11. & 12. l. 4. tit. 3. p. 6. Sed vtrū matri ex testamento, vel ab intestato succedere possit eius filius spurius? Late Xuarez, de iure communi in tit. (todo home) n. 27. & seq. Greg. Lopez glo. 5. l. 3. tit. 21. p. 4. Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 15. & 17. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 14. & 15. Et Didacus Perez sup. col. 4. fol. 164. Matri illustri non posset. l. si qua illustris. C. ad Officia. Xuarez sup. n. 28. nisi deficientibus filijs legitimis. Gutierrez pract. l. b. 2. q. 108. & Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 15. non posset succedere matri filius habitus ex damnato coitu ex consanguinea, vel ex vxorato. Couar. sup. n. 16. & Gomez sup. n. 14. & 15. Hoc idem de habito filio ex clerico sacris ordinibus insignito, & muliere soluta: sed ex hac, & ex clerico primæ tonsuræ habente beneficium natus, succedet suæ matri. Couar. sup. nu. 17. & Gutierrez pract. lib. 2. q. 102. & 104. & Xuarez sup. n. 29. vbi de iure communi ultra Couar. sup. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. num. 15. & 16. optime Gama decis. 136. vbi tam ab intestato, quam ex testamento, & ad alimenta, vel de filio filij Sacerdotis respectu suæ auia, & Didacus Perez sup. lib. 1. tit. 3. l. 22. q. 11. col. fi. De iure Regni Castellæ spurius non potest succedere suæ matri. l. 22. tit. 3. lib. 1. ordinamentorum, quid in Regno Aragonum? lib. 5. tit. de natis ex damnato coitu. Et quid ibi de filio nato ex præbytero? obseruatiã. 1. in dicto tit. An filius adulterinus, incestuosus ex stupro habitus, ex coitu habito cum vxorato succedat suæ matri? Late Greg. Lopez glo. 5. l. 11. tit. 13. p. 6. vbi vide longam glosam. Et in quibus casibus spurij non possunt succedere suis parentibus: ita nec ijs eis dis natur. effi. sui. §. filium. n. 2. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 45. Sed si filius est vulgo quæsitus (vt quia mater erat publica meretrix, & omnibus se prostituere) non poterit talis nec ex testamē

to succedere suo patri. Crasus. §. institutio, q. 7. n. 10. nec statuto induci potest, quod filius spurius sit capax paternæ donationis. n. 11. nec poterit spurium filium patrem substituere pupillariter filio legitimo quoad bona patris. n. 12. & Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 4. vbi in. d. n. 4. nec vulgariter, nec per fideicommissum. Concordat Gregor. Lopez glo. 5. l. 10. tit. 13. p. 6. & Guillelmus Benedictus in. c. Rainunrius de testam. in verbo, & vxorẽ no mine. 1. p. decis. 5. à n. 128. Poterit tamen spurius institui sub conditione, si à Principe legitimeretur. Crasus sup. n. 14. & Gomez in. l. 9. Tauri. n. 19. vel si sit iã legitimatus. n. 15. Vel sub cõtitione, cū capere possit. Greg. Lopez glo. 5. l. 10. tit. 13. p. 6. non tamè capere potest quod relinquitur causa implenda conditionis. d. glo. 5. Titulo tamè oneroso emptio nis, vel venditionis pater suo filio spurio bona dare potest. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 33. & 35. 36. Sed aliter ei donata, vel relicta per suum patrem non poterit in foro cõsciẽtiæ retinere dictus spurius. Couar. sup. de spõs. 2. p. c. 8. §. 5. n. 8. & Gomez sup. n. 28. Sed poterit ea tenere, si hæres sui patris dedit ea ei, siue talis hæres dederit talẽ fidẽ, siue non dederit. Couar. d. n. 8. vers. secũdo & tertio, at si pater reliquit sua bona duobus filijs, vno spurio, altero legitimo: portio spurij applicanda erit legitimo. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 34. Sed si clericus te instituat hæredẽ, & roget te, vt restituas sua bona eius filio spurio, & tu accomodes ei tacitã fidẽ de restituendis eis illi spurio, hæc omnia bona tibi auferenda erunt, & fisco applicanda cū vsuris. l. cū quidã. §. in tacito, de vsuris: & si hæc fidẽ dederis de sola vna re restituenda, illa dumtaxat, & non tota hæreditas est tibi auferenda. C. de his: quibus vt indignis. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 22. Et si sis tu hæres sic nominatus laicus: fisco Regio (cui subiectus es) erunt adiudicanda talia bona, & si sis clericus: fisco Ecclesiastico. Gomez sup. n. 29. Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 10. vers. septimo. Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. columna 5. fol. 165. Palacios Rub. in rub. §. 39. n. 9. de donat. Greg. Lopez glo. 5. l. 13. tit. 7. p. 6. Sed an fisco hæredis, vel testatoris, vel loci bonorum? Roman. sing. 579. Et tu hæres dictus poteris compelli respondere positionibus, an fueris tacite rogatus de restituendis dictis bonis dicto spurio? & an accomodaueris tacitam fidẽ de hoc faciendo? Bernardus Diaz in Praxi Canonica. c. 66. incipit institui hæredes. n. 3. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 24. Palacios Rub. in rub. §. 68. n. 19. Mantica de coniect. lib. 10. tit. 4. n. 13. & alij ibi per

Spurius institui. capax est successiois. Substitui. Institui sub conditione. Legitimat. Ei relinqui causa implenda conditionis. Titulo oneroso. In conscientia an retinere possit spurius relictum per suum patrem? Si pater relinquat spurio & legitimo. Si clericus roget vt restituat suo filio, fisco erunt applicanda bona. Fisco Regio, vel Episcopi.



Hæres acco- modans tacitâ fidē de restituēdis citam fidē, dictis bonis filio dicto spurio, tenebitur ea ei restituere, vel poterit ea penes se habere & disponere de eis? Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 8. & 9. Didacus Perez lib. 1. tit. 3. l. 22. col. 6. fol. 166. vbi quod non tenebitur restituere. Sed secundū Salcedū in praxi Canonica in. d. c. 66. additio. 9. fol. 238. vers. borū, & Gregor. Lopez, glos. 24. in principio. l. 13. tit. 7. p. 6. & Mática lib. 10. tit. 4. n. 16. & Gomez in. l. 9. tauri n. 28. talis hæres acco- modans tacitâ dictâ fidē, debet in foro cō- scientiæ fisco talia bona restituere, & intelli- ge cum fructibus perceptis etiam ante litē contestatam. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 27. Sal- cedo sup. fol. 257.

12. De qua fide intelligitur? Itē adde an ad hoc vt talis hæres debeat priuari tali hereditate, debeat accomodare fidē obligatoriā, vel sufficiat, quod præstite- rit pollicitatoriā, vel enunciativā? Mantica de cōiect. lib. 10. tit. 4. n. 8. vbi tenet, quod re- quiritur fides obligatoriā ad dictā priuatiō- nē. Adde Greg. glos. 24. l. 13. tit. 7. p. 6. sed si sit rogatus restituere spurio dicto, nō tamē dedit suā fidē de restituendis eis, nō tenebitur restituere ea dicto spurio. Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 7. & Salcedo in praxi c. 66. additio, b. fol. 237.

13. Fraus ex quibus coniecturis præsumatur? Sed ex quibus coniecturis præsumatur fraus, quod hæres dederit talē tacitâ fidem? vide quinq; cōiecturas in Gomez in. l. 9. Tau- ri. n. 23. vsq; ad 26. inclusiue. Alias videbis in Mática de cōiect. lib. 10. tit. 4. n. 9. & 10. Præ- sumetur, si hæres omnia talia bona, vel ma- iorē partem eorū dedit spurio. Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 5. n. 5. & Gregor. Lop. glos. 24. in fine. l. 13. tit. 7. p. 6. 223 casus, in quibus præsumitur fraus: sunt in Lucas de Pena in. l. quemadmodum. C. de Agricol. lib. 11. adde Abiles in. c. 1. glos. de *cuya mano*, fol. 74.

14. Hæres præstans tacitâ fidē, in quo puniatur, vel præmium con- sequatur se deferat. Itē hæres præstans hanc tacitâ fidem obli- gatoriā, puniatur pœna deportationis, & cō- fiscationis suorū bonorū. l. vnica. C. de his, qui se deferunt lib. 10. Gomez in. l. 9. Tauri n. 32. Et si quis spurius hæres nominatus sit, vel si ei per suum patrē quid relictu sit, & fis- co se deferat post restitutionē sibi factā: in præmiū consequitur dimidiū bonorū sui pa- tris. l. vnica. C. de his, qui se deferunt. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 31. de quo vide. l. 14. tit. 7. p. 6. vbi Greg. Lopez. Et quid de fidei commi- sario se deferente fisco ipsi. Greg. sup. glos. 4. Bart. & Alber. in. l. fenatus. §. fenatus, de iurē fisci. Platea in. l. vnica. C. de his, qui se deferunt lib. 10. Si verò extraneus deferat, lu- crabitur. 3. par. Gomez sup. n. 31. & eandem

3. partem lucrabitur, si hæres accomodans talem fidem, se deferat. d. n. 31. Sed iuramentū factum per rogatū, & tes- tes, de non reuelādo secretū quoad hāc ta- citâ fidē, non valebit. Bernardo Diaz in pra- xi Canonica c. 66. incipit, *instituti heredes*, n. 5. & ibi Salcedo. Couar. de sponsalib. 2. p. c. 8. §. 5. & quod hoc nō obstāte tenebuntur respōdere positionibus, & verū dicere. Sed hæres grauas restituere cui vellit, non po- terit restituere filio spurio testatoris. Co- uar. d. §. 5. n. 3. & pœna priuationis bonorū testatoris clerici, vel alterius habentis filiū spurium, & adiudicationis eorum ipsi fisco: habebit locum licet testator roget secreto. vt de bonis proprijs hæres det tantum inca- paci, si rātum dem testator reliquit hæredi, quantum rogatur restituere, & sic pro rata. Gregor. Lop. glos. 25. l. 13. tit. 7. p. 6.

Ad §. 3. dictæ legis. 1. de filijs Clericorum.

16. Fucrosuper an natura- lis succedat? AD verba, *pero los hijos de Clerigos pue- den heredar lo de su madre, si fuere suelta conforme Fuero, qui forus est lib. 4. tit. 13. c. 11. de fuerças*, vbi sic loquitur: *marido y muger infançones casados en vno, ouiendo crea- turas: si el marido, o muger fazen creaturas en otro lugar en putaje, esta creatura no debe criar ninguno del parentesco, ni las creaturas de pareya no lo deben tener por hermano, ni de be heredar lo de su padre, ni de su madre.* Iste forus sic est in foro vero de Camara de Cōptos Reales, & vidi sic esse, & nō aliter.

17. An extanti bus legiti- mis? Vel non ex tantibus. Et parentes extantibus filijs legitimis, & naturalibus: nō possunt suis filijs naturalibus relinquere nisi vñ tantū vnciam, auth. qui- bus modis nat. effi. sui. §. discretis igitur, vers. *ne igitur*. Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 4. n. 18. Crasus. §. institutio. q. 7. n. 1. at defi- cientibus legitimis poterit pater eum hære- dem vniuersalē instituire, licet habeat ascē- dentes: dum modō legitimam eis relinquat. Crasus sup. n. 1. 2. & 3. & tamē si non relin- quant eis: non poterunt agere quarella in officiosi. Crasus sup. n. 5. vbi n. 7. quis sit fi- lius naturalis? sed si esset natus ex damnato coitu, non posset pater ei relinquere ex tes- tamēto, nec succedere ab intestato. Gomez in. l. 9. Tauri. n. 13. secus de nepote naturali ex filio legitimo. Crasus. §. successio ab in- testato. q. 18. & 19. Sed an mater possit suos filios naturales instituire hæredes vniuersa- les, vel ei possint ab intestato succedere etiā extantibus legitimis, vel é contra? resp. affir- matiuē. Gomez sup. n. 9. & 10. longa addi- tio

15. Iuramentū de non reuelando.

Responde- re positio- nibus.

Rogare se- creto.

16. Fucrosuper an natura- lis succedat?

17. An extanti bus legiti- mis?

Vel non ex tantibus.

In damna- to coitu.

An ascen- dentes cit.

18. De eodem. tio in glos. 5. l. 11. tit. 13. p. 6. vbi Gregor. vbi quid si filius sit natus ex damnato coitu, & quis sit talis coitus? & Gomez sup. n. 13. Co- uar. de spons. 2. p. c. 8. §. 4. n. 15. & d. c. 8. §. 5. n. 5. late crasus. §. successio ab intestato. q. 18. & 19. & de coitu damnato Bofsius in praxi tit. de coitu damnato. Clar. §. fornica- tio. n. 5. vbi Bayardus. Gomez in. l. 80. Tau- ri, & ibi Castillo. De ista successione filiorū spuriorum, vel naturaliū ex testamento, & ab intestato er- ga suos patres, vel é contra, Casan. in con- luet. Burg. rub. 8. & Couar. de spōsal. 2. p. c. 8. §. 4. Xarez in tit. *todo home*, Bened. in c. Raynun. verbo, & *uxorem nomine*, 1. p. de- cif. 5. à n. 1. per 306. numeros.

An filij Clericorum possint suc- cedere in beneficijs suo- rum parentum?

19. Trid. (sef. 25 de refor. c. 15) de refor. c. 15. Pro hoc est sacrosanctū Concilium Trid. ief. 25. de refor. c. 15. vbi sic: *vt paternæ in continentia memoria à locis Deo consecratis (quos maxime puritas, sanctitasq; decet) lon- gissime arceatur. Non liceat filijs clericorum (qui non ex legitimo nati sunt matrimonio) in Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticū habent, aut habuerunt, quodcunq; (etiam dissimile) beneficium obtinere, nec in di- ctilis Ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pen- siones super fructibus beneficiorū, quæ parentes eorū obtinent, vel aliās obtinuerunt, habere. Quod si in presenti pater, & filius in eadē Ec- clesia beneficia obtinere reperiantur: cogatur filius suum beneficium resignare, aut cū alio per- mutare extra Ecclesiam intra trium mensium spatium, aliās ipso iure eo priuatus existat, & super his quacunq; dispensatio surreptitia cen- seatur. Adhuc reciproca resignationes si qua posthac à parentibus clericis in fauorem filio- rum fient: vt alter alterius beneficium consequatur: in fraudem huius decreti, & Canoniarum sanctionum factæ omnino censeantur: nec colla- tiones secutæ vigore huiusmodi resignationum, seu aliarum quarumq; (quæ in fraudem factæ fuerint,) ipsis clericorum filijs suffragentur, ad quæ adde declarationes Concilium sequen- tes.*

20. 1. Declara- tio Cardina- lium. Nepos legi- timus ex fi- lio illegiti- mo. 2. Item nepotem legitimum ex filio, seu filia

illegitimis non posse viuente auo obtinere pen- sionē super beneficio, quod auus possidet, vt au- taincontinētia memoria arceatur. Stante decla- ratione, quod Conciliū non cōprehendat nepo- tē legitimū ex filio, seu filia illegitimis respe- ctu beneficii, quod auus obtinuit: an procedat etiā viuente ipso auo adeo, vt nepos ex filia ille- gitima siue illa viuat, siue non, possit obtinere pensionē super beneficio Parochiali, quod auus possidet? Congregatio censuit, negatiue, vt ar- ceatur memoria auitæ incontinētia. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 24. fol. 27. & Farinacius in. 4. p. ad declaratio- nes Concilij Trid. sef. 25. c. 15. vers. an procedat fol. mibi. 490. & Marzilla sup. c. 2. additio, 1, fol. 158.

2. Nepos ille- gitimus. Congregatio Concilij censuit, in. d. c. 15. mini- me prohiberi, vt nepos illegitimus ex filio ille- gitimo beneficiū: quod auus habuit: obtinere nō possit. Ita refert Farinacius sup. decis. 221. & Nicolaus Garc. de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 27.

3. Pater bene- ficium sui filij. Congregatio censuit, patrē legitimū nulla in- digere dispensatione ad obtinendū immediate be- neficiū filij, licet filius: quāuis legitimus, dispen- satione egeat ad obtinendum immediate bene- ficium. Ita Farinacius sup. decis. 128.

4. Resignatio- nes. Congregatio censuit, Decreto Concilij. c. 15. sef. 25. relato: disponere tantum circa recipi- cas resignationes post ipsum Concilium in fau- rem filiorum faciendas. Ita Farinacius sup. de- cif. 58. & Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo 7. p. c. 3. n. 82. in. 3. responso. fol. 32.

5. In quinq; discordat à iure com- muni Trid- dentinum. Congregatio Concilij censuit, dictum caput. 15. relatum hic. n. 19. in quinque differre à iu- re communi. 1. quod non solū ratione successio- nis, pro vt de iure communi, sed etiam ob incon- tinētia paternæ memoriæ inualuit prohibitio dicti cap. 15. 2. quod talis memoria longissime arceatur non solum immediate: sed etiam me- diate contra Abbatem in. c. dilectus notab. 2. de filijs præsb. 3. quod non solum prohibetur successio in eodem beneficio, sed in alio quocūq; etiam in dissimili, dummodò sint in eadem Ec- clesia contra ius commune. Abb. in. c. ad abo- lendam, post principium, de filijs præsb. 4. ne- dum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet id: sed & mini- strare, cōtrarius cōmune, quo tātū patri ministra- re prohibetur. Abb. in. c. cū decorē, de filijs Præs- bit. 5. quod nec pœsiones super fructibus benefi- ciorum: quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent: habere poterunt filij. Ita refert Ni- colaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. cap. 3. num. 14. & Farinacius ad dictum. c. 15. sef. 25. vers. vt paternæ, fol. mibi. 484. & Mar- zilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, a. fol. 153. Congregatio Concilij censuit, decretum di-

In filiis naturalibus.

Et cap. 15. relati sup. n. 19. habere locum in filiis naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti clerici. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 15.

8.

Cong. Concilij censuit, dispositionem dicti cap. 15. relati sup. n. 19. comprehendere nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo respectu beneficii sui. Ita refert Nicolaus Garcia, sup. n. 21. & 22.

9.

Cong. resp. filium legitimum non prohiberi habere pensionem super beneficio paterno. Nicolaus Garcia sup. n. 35. adde declar. 147. hic.

10. Ante publicationem.

Cong. censuit, filios presbyterorum non prohiberi in d. c. 15. retinere beneficium legitime obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem eiusdem Concilij Tridentini e vita migravit. Ita refert Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 43. fol. 28 & Farinacius sup. ses. 25. c. 15. de refor. vers. hlij. fol. mihi. 485. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, c. fol. 154.

11. Refignare.

Patre ante Concilium mortuo, non tenetur eius filius illegitimus, qui in eadem Ecclesia aliud beneficium obtinet, illud resignare. Ita Nicolaus Garcia sup. n. 43. in 2. declaratione, fol. 28. & Farinacius sup. vers. patre, fol. mihi 485. & Marzilla sup.

12. Post mortem.

Cong. censuit, hoc dictum cap. 15. relatum sup. n. 19. locum non habere nisi in filiis illegitimis, qui mortuo patre beneficia in eadem Ecclesia impetrare volunt, & in illis: qui una cum patre in presenti reperiuntur, obtinere in eadem Ecclesia. Nicolaus Garcia sup. n. 43. in 3. declar. fol. 28. & Farinacius sup. vers. in Ecclesijs, folio mihi. 485. & Marzilla sup. additio, d, fol. 154.

13.

Cong. resp. Concilium Tridentinum in d. c. 15. ses. 25. de refor. de filiis presbyterorum: qui non possunt habere beneficium in Ecclesia, in qua habuit eorum pater ad presens mortuus, non ligere eos, qui obtinuerunt ante publicationem Concilij Trid. beneficium in Ecclesia, in qua habuerat, vel tunc temporis habebat eorum pater. Ita refert Nicolaus Garcia sup. n. 43. in 4. declaratione fol. 28. & Farinacius ad. d. c. 15. vers. Concilium, fol. mihi. 485. & Marzilla sup.

14.

Cong. censuit, Decretum dicti cap. 15. relati sup. n. 19. non ob stare, quin filius presbyteri, in cuius fauorem fuit imposita pensio ante Concilium Tridentinum super Parochiale, quam tunc temporis pater eius resignavit, possit predictam pensionem exigere. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 46. fol. 28.

15. Pensio.

Cong. censuit, caput 15. ses. 25. relatum sup. n. 19. quo prohibetur, filium illegitimum posse habere pensionem super beneficio aliis a patre ob-

tento: non habere locum in eis, qui pensionem huiusmodi ante confirmationem ipsius Concilij legitime impetrarunt. Nicolaus Garcia sup. n. 46. fol. 28

16. Cong. resp. cui ante Concilium collatum fuerat beneficium in Ecclesia, (in qua pater eius ministraverat) hoc decretum dicti cap. 15. non ob stare, licet possessionem dicti beneficii non obtinuerit nisi post Concilium: dummodo per eum non steterit, quominus prius possessionem illius adipisceretur. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 48.

16. Ante Concilium.

17. Habens Canonicatum in Ecclesia: in qua pater eius similiter Canonicatum obtinuit: non potest in eadem Ecclesia de Canonicatu ad dignitatem ascendere. Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, d, fol. 15.

17.

18. Filius illegitimus presbyteri dimidius beneficiatus in una Ecclesia, in qua pater eius olim beneficium habuit, non potest ascendere ad integram portionem. Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, h, fol. 157.

18. Canonica-tus & Portio ista.

19. Illegitimus beneficiatus in Ecclesia, in qua pater similis, vel dissimilis beneficii mortuo patre ante Concilij publicationem, non potest ex vigore cuiuscumque eius dispensationis ante Concilij publicationem obtenta obtinere aliud beneficium dimisso eo, quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus: nec optare ex vi statuti illius Ecclesia aliud beneficium, quod sibi competat: vel vi antiquiori, vel ex aliqua. Requiritur enim de nouo, & dispensationibus per Concilium sublatis remanet indispensatus. Ita hac refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 53. in tribus declarationibus fol. 29. & declarationem 17. refert & Farin. ad. d. c. 15. vers. habens, fol. mihi. 486. & declarationem 18. refert Farin. sup. vers. filius illegitimus, fol. 490. Marzilla sup. c. 2. additio, q, fol. 159.

19.

20. Cong. Concilij censuit, Canonicum illegitimum, cuius pater possessionem alterius Canonicatus in eadem Ecclesia apprehendit, licet in dicta Ecclesia non ministraverit, nec iussus fuerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipsius Canonicatus, comprehensum esse Decreto dicti cap. 15. ses. 25. relati sup. n. 19. illi vero, cuius pater sola Romani Pontificis signatura sibi obtinuit, conferri Canonicatum eiusdem Ecclesie: sed neque literas Apostolicas expediri, nec unquam habuit possessionem: non comprehendit. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 56. folio. 30.

20.

21. Cong. sic resp. nec filius eius: qui tunc per procuratorem cepit possessionem: potest habere beneficium in eadem Ecclesia: secus si illius pater nunquam per se, aut per procuratorem possessionem beneficii obtinisset, aut super eo literas Apostolicas non expedivisset, si eius collatio ad sedem Apostolicam spectabat. Garcia sup. adde declar. 44. hic.

21. Possessio per procuratorem.

Non

22. Si possessio non fuit capta.

Non dicitur, habuisse ad hoc ut comprehendatur sub hoc cap. 15. relato hic n. 19. ille: qui fuit prouissus, & literis non expeditis, & possessione non habita cessit alteri. Ita hac refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 56. in 2. & 3. declarat. fol. 30. & Farinacius ad. d. c. 15. ses. 25. vers. habent, fol. mihi. 487. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, f, fol. 156.

23. De beneficio non legitime obtento.

23. Congregatio Concilij censuit, filium presbyteri illegitimum non posse obtinere beneficium, quod olim pater suus absque legitimo titulo, & minus pacifice aliquando possedit. Ita refert Nicolaus Garcia, sup. n. 59. folio. 30. & Farinacius ad. d. c. 15. vers. filius presbyteri, folio mihi. 490. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, nec, fol. 158.

24. Si pater fuit Rector.

24. An illegitimus, cuius pater fuit Rector Ecclesie matricis: possit Ecclesiam filialem obtinere dependentem, seu aliam illi unitam: in qua eadem matrix habet etiam quedam iura parochialia: saluo hoc Decreto dicti cap. 15. ses. 25. relati sup. n. 19? Congregatio censuit, posse, modo unio sit facta accessoria, & per viam subiectionis Ecclesie matrici, & pater in ea non ministraverit, unitam vero eque principaliter (ita, ut intitulus in una censeatur in utraque, intitulus) aut si in utraque pater ministravit, non posse, Farinacius sup. vers. an, fol. mihi. 485. & Marzilla lib. 1. tit. 11. cap. 1. additio, d, fol. 155. Garcia sup. n. 62.

25. Beneficia unita.

25. An filij illegitimi possint obtinere beneficia unita Ecclesijs, quas obtinuerunt, vel obtinent patres eorum? Cong. resp. si beneficia sunt unita eque principaliter, non posse, si vero non sint unita sic, sed accessorie, posse: si tamen obtinent Ecclesias unitas non tenentur ministrare in principali. Marzilla sup. vers. fuit. Garcia sup.

26. Ecclesie filiales.

26. An illegitimi obtinere possint Ecclesias filiales, quando eorum patres obtinerent matricem? Cong. resp. posse quando obtinentes filiales non tenerentur ministrare in matrice. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. nu. 62. in 3. declaratione, fol. 30. & Farinacius ad. d. c. 15. ses. 25. vers. fuit dubitatum, fol. 485. & vers. fuit pariter, folio. 486. & Marzilla sup.

27. Si solam sedem habuit in choro pariter.

27. Item an filius illegitimus per Concilium hoc capite. 15. relato hic n. 19. excludatur, ne possit obtinere beneficium in Ecclesia: in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat? Cong. resp. excludi. Ita Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 66. fol. 30.

28.

An filius illegitimus laicus: qui in Ecclesia

(in qua pater nec beneficium habet, nec pensionem, sed ut cantor musicae tantum in Ecclesia cantat) probibeatur per dictum cap. 15? Cong. resp. affirmatiue, Marzilla sup. additio, i, fol. 157. Garcia sup. n. 68.

i pater fuit cantor.

29. Non solum filius non potest retinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinuit, sed nec canere in eadem Ecclesia tanquam musicus simplex. Marzilla sup. Garcia sup.

29. Cauere.

30. An hoc Decretum dicti cap. 15. impediatur etiam, quin pater & filius non possint insimul processionaliter incedere, unus tanquam Beneficiatus, alter tanquam Capellanus diuersarum Ecclesiarum? Cong. censuit, minime impedire: verum si processionaliter accederent ad Ecclesiam, in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo ministrare. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tom. 7. p. c. 3. n. 68. in 3. declar. fo. 30. & dicta declarationem 28. affert & Farin. ad. d. c. 15. ses. 25. vers. nec in dictis, fol. mihi. 488. & declarationem 29. affert in, d. c. 15. vers. quoquo modo, fol. mihi. 489.

30. In processione simul ire.

31. In ciuitate Leodien. sunt plures Collegatae Ecclesie, quarum Decani & Canonici nigore statuti accedunt ad certas processiones in certis diebus festis anni ad Cathedrali, & inibi canunt unum versiculum, aut collectam: hoc stante, fuit dubitatum, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum unius illarum Collegatarum, cum predicta prestare teneatur in Cathedrali, in qua pater eius Canonicus fuit? Cong. resp. filium predictum illegitimum incapacem esse talis Decanatus. Quia quoquo modo inseruire dicta Cathedrali videtur. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. num. 69. fol. 30. & Farin. ad. d. c. 15. vers. in ciuitate, fol. mihi. 488. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, l, fol. 157.

31. Processioni bus.

32. Cong. resp. filium clerici non prohiberi, quominus tanquam Capellanus amouilis deservire possit, atque obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater nunquam fuit intitulus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro Capellano amouili inseruierit in eadem Ecclesia. Ita refert Garcia sup. n. 72. folio. 31. & Farin. sup. vers. filius, folio mihi. 488. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, j, fol. 157.

32. Capellanus

33. Cong. resp. Concilium Tridentinum in d. c. 15. relato hic n. 19. non prohibere, quin pater & filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia; ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus. Garcia sup. n. 73. Farin. sup. vers. beneficium.

33. Missam celebrare.

34. Cong. censuit, non esse molestiam exhibendam illegitimo

34.



Missam celebrare.

timo presbytero celebrati missam ob quodale gatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem: cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus a Concilio. Ita refert Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 73. fol. 31. & Farin. ad. d. c. 15. vers. beneficium, fol. 487. & vers. ad Episcopum, fol. 487. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, c. fol. 156.

35. Cong. resp. filios illegitimos Clericorum non prohiberi a Concilio Tridentino cum patribus habitare. Ita refert Nicolaus Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 74. fol. 31. & Farinacius. 4. p. ad declarat. Concilij Trid. ses. 25. c. 15. vers. qui non, folio mihi. 485. & Marzilla sup. fol. 154. Sed in Episcopatu Pampilonensi prohibentur, lib. 1. tit. de filijs Presbyt. fol. 27. de sus. constituciones synodales.

36. Cum Petro portionem habente in Ecclesia, in qua pater uiuit, cum regressu eius, qui resignauerat, permissum est, ut resignet reseruata sibi pensione, modo beneficium maneat liberum, qui regressu habet. Garcia sup. n. 78. in. 1. decl.

37. Resignate. Cogatur filius suum beneficium resignare etiam si fuerit locus regresui, & quod regressum habens nollet consentire. Oblata prius resignatione cum honesta pensione, & non acceptata admittitur resignatio, & regressus suspenditur usque ad cessum, vel decessum resignatarij. Garcia sup. in. 2. declar.

38. Filius illegitimus, qui vigore dicti cap. 15. (relati hic sup. n. 19. resignare tenebatur, non fuit excussatus a resignatione etiam si super eo alter haberet regressum. Ita hac refert Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 78. in 3. declarat. fol. 31.

39. De portio. Filius illegitimus cum haberet portionem sibi datam in titulum, & ille, qui resignauit ei, reseruauit sibi pensionem, & regressum, & pro expeditione resignationis & liberatione pensionis dictus filius consumpsit totum patrimonium, in ea uero Ecclesia pater eius habebat aliam portionem, unde filius nec retinere poterat obstant Concilio, nec resignare repugnante alio Decreto Concilij, quod non haberet unde uiueret, nec minus suspendi regressus: ideo in hoc casu adhibitum fuit moderamen, quod filius resignaret portionem suam habenti regressum, & reseruata sibi congrua pensione, vel portione fructuum. Quod si habens regressum recusasset acceptare resignationem, tunc facta prius ei oblatione, & eo recusante: posset alteri resignare reseruata sibi pensione, ac suspensio interim regressu ita, ut locum habere non possit nisi per cessum, vel decessum ipsius. Ita refert Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 78. in 4. declaratione, fol. 31.

Decanus Ecclesie Vicen. habebat etiam Canoniatum in eadem Ecclesia, in qua fecit sibi coadiutorem cum futura successione filium suum naturalem: & pariter sibi eundem fecit coadiutorem in Ecclesia Parochiali eiusdem Diocesis, quam idem Decanus obtinebat, decretum fuit, quod pater de presenti resignaret filio in totum dictam Parochialem, & post mortem patris haberet filius spatium sex mensium ad resignandum Canoniatum, quem sibi uirtute dictae coadiutoriae cum plene acquisuisset, dum tamen eo uiuente, & mortuo patre ab ingressu Ecclesie, in qua dictus Canoniatu existit. Idem placuit decernere in alijs casibus similibus, in quibus filij illegitimi Clericorum reperiuntur dati coadiutores cum futura successione in Ecclesia: in qua pater: ut scilicet cum nunc plene non obtineant beneficia, sed tantum officium coadiutoriae fungantur, habeant spatium sex mensium post mortem eorum: quibus dati sunt coadiutores ad resignandum beneficium, quod per eorum mortem plene acquisuerunt: dum tamen omni tempore ab ingressu ipsius. Ita refert Garcia de beneficijs. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 85. fol. 32.

41. Resignatio. Antonius legitimus obtinens Canoniatum Ecclesie Algarauen, illud resignauit in fauorem Nicolai reseruata pensione super Parochiali, quam Matheus pater Nicolai obtinebat de consensu patris, quaesitum est, an huic pensioni obstet decretum dicti c. 15. (relati sup. num. 19.) Cong. resp. casum propositum comprehendit decreto dicti cap. 15. ses. 25. in fine, & patrem in fraudem consensisse pensioni. Ita refert Nicolaus Garcia sup. n. 87.

42. Regula de trienali. An praesumpta dispensatio: in qua fundatur regula de trienali, habeat locum contra decretum dicti cap. 15. relati sup. n. 19. Ita ut possidentes beneficium contra dispositionem dicti cap. 15. ex tali praesumpta dispensatione suam possessionem tueri valeant? Cong. resp. non habere locum contra dictum caput. 15. Ita refert Garcia de benefi. 2. tomo. 7. p. c. 3. n. 88. fol. 32. & 11. p. c. 9. n. 379. fol. 258. & Farin. ad. d. c. 15. vers. dubitatu, fol. mihi. 487. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio, fol. 156.

43. Coadiutor. Pater, qui est coadiutor filij in Canoniatu, cedere tenetur omne ius filio, posset tamen sibi aliquem seruare fructum, aut pensionem. Ita refert Farin. ad declarat. Concilij Trid. ses. 25. c. 15. de refor. vers. pater, folio mihi. 486. & Marzilla sup. additio, d. vers. habens, fol. 155.

44. An tolerandi in Ecclesia vel expellendi Canonici illegitimi

Si possessio ne per procuratorem.

illegitimi ex presbyteris & non solutis mulieribus? & dispensatur post Concilium. Trid. si eius pater numquam in Ecclesia fuit, sed possessionem per procuratorem apprehendit, & nullos fructus percepit. An alter, qui literis Apostolicis non expeditis, nec possessione secuta cessit in fauorem alterius in manibus Papae? Cong. resp. praedictum Canonium, cuius pater possessiones per procuratorem apprehendit, comprehendit in d. c. 15. ses. 25. (relato hic nu. 19.) alterum uero Canonium, cuius pater nec literas Apostolicas expedituit, nec unquam habuit possessionem, non comprehendit, ideo permittendum esse. Ita refert Farinacius ad. d. c. 15. vers. an tolerandi, fol. mihi 486. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio (d) vers. (an) fol. 155.

45. Residere.

Cong. sic resp. in Ecclesijs sororum aliarum Ecclesiarum (sicut sunt reliquae in Hispania, in quarum altera residendo praesupponitur, residere in principali: in quarum altera residendo praesupponitur, residere in principali: non potest pater residere in una, & filius in altera. Farin. sup. vers. quodcumq; fo. mihi 488. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio (g) folio 156.

46. De nepote.

Ubi patres filiorum clericorum habuerunt beneficium, dicti filij clerici id, vel dissimile habere non possunt iuxta d. c. 15. ses. 25. relatum. sup. nu. 19. hunc locum sacra Congregatio censuit, procedere non solum in filio respectu patris, sed & in nepote respectu aui, propter uerbum longissime, quod excludit omnem personam mediatam. Ita refert Farinacius ad d. c. 15. ses. 25. de refor. vers. ubi eorum patres fol. mihi 489. & Marc. lib. 1. tit. 11. c. 1. additio (d) in fine fol. 155.

47. Declaratio.

Congregatio resp. cum filio obtinente pensionem in Ecclesia, in qua pater habuit canoniatum (quem resignauit) dispensandum esse. Ita refert Farinacius ad. d. c. 15. ses. 25. vers. cum filio, fol. mihi 490. & Marzilla lib. 1. tit. 11. c. 1. additio nec pensiones, folio mihi 157.

Num. 21.

1. Declaratio Cardinalium. Ut clericus primae tonsurae gaudeat privilegio fori quaeratur?

De foro competente quoad clericos in criminalibus.

Congregatio concilij censuit, ut clericus fori privilegio gaudeat requiri, & sufficere ea, quae in aliquo ex infrapraedictis capitibus sunt annota, quod habeat beneficium Ecclesiasticum. Quod clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiae de mandato Episcopi inseruiat. Quod clericalem habitum,

& tonsuram deferens in aliquo seminario de licentia Episcopi degat, Quod in habitu, & tonsura incedens, in aliqua schola de licentia Episcopi versetur Quod habitum, & tonsuram gestans in aliqua uniuersitate de licentia Episcopi versetur. Si uero qua in aliquo ex capitibus comprehensa sunt in Concilio, concurrant, sed aliqua occasione habitum a se gestari solitum ad breue tempus depossuerit, non ideo fori privilegium amittit: an uero habitus sit clericalis ad iudicium Ecclesiastici cognitionem pertinere, quibus autem casibus clericus ex decreto, Concilij fori privilegio non gaudeat, nullam requiri monitionem, ut illud amittat. Ita refert Farinacius ad Concilium decis. 144. & Marzilla ad dictum Concilium lib. 4. tit. 6. c. 2. fol. 526. additio (a)

Si habitum depofuit.

An habitus sit Ecclesiasticus? cognoscit Ecclesia. Monitio.

Congregatio censuit. Clericum prima tonsura insignitum habitum clericalem, & tonsuram deferentem, nec alicuius Ecclesiae seruitio de mandato Episcopi descriptum, licet fori privilegio non gaudeat: gaudere tamen beneficio capitis odoardus. Ita refert Farinacius sup. decis. 147. & Marzilla sup. d. folio 526.

2. Clericus primae tonsurae non gaudeat privilegio fori gaudeat capitis (odoardus) privilegio.

Congregatio censuit. Clericum obtinentem pensionem, haberi pro clerico beneficiato ad effectum fori privilegij. Farinacius sup. decis. 148. & Marzilla sup. dicto folio 526. & est de 18. septembris anni 1595. & sic ad hanc attende & non ad aliam contrariam anteriorem anni 1586. relatum per Garcia de benefi. 1. tomo 1. p. c. 5. n. 70. fol. 32.

3. Obtinens pensionem an gaudeat privilegio fori?

Congregatio censuit. Clericum prima tonsurae, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem deliquit, & pro eo delicto in curia seculari citatus fuit, deinde reassumpto habitu & tonsura Ecclesiae seruire capit iuxta c. 6. ses. 23. non posse iudicem laicum procesui sine imponere & contra illum realiter procedere, Ita Farinacius sup. decis. 165. & Marzilla d. fol. 526.

4. Vel delinquens post dimissum habitum, & reassumens habitum.

Congregatio censuit, licet clerici in minoribus dumtaxat ordinibus constituti, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiae ex mandato Episcopi inseruiant, vel in seminario, aut aliqua schola, vel uniuersitate de mandato Episcopi versentur, forum iudicis laici declinare non possit, non tamen ob id obstare Episcopo qua minus iure suo in huiusmodi clericos delinquentes (si adhuc clerici permancant) possit animaduertere. Farin. sup. decis. 81. & Marzilla sup. additio (a) folio 526.

5. Licet non gaudeat privilegio fori tamen Episcopus punit cum.

Congregatio censuit causam etiam criminalem aduersus clericum quamuis consentientem coscietat

non posse absque speciali commissione Papa si gnata in 1. instantia à D. A. C. cognosci, nisi Episcopus quoque consentiat. Farin. sup. decis. 183.

7. Habens pensionem.

Cong. sic censuit, cui reservata fuit pensio ut Clerico, si non incedat in habitu, & tonsura: non gaudet privilegio fori. Fuit decilum ex eo quod Concilium corrigi ius commune: & tres casus excipit. Per dictionem nisi ita referat Farin. ad. d. c. 6. ses. 23. vers. cui reservata fol. mibi 233. & Marzilla lib. 4. tit. 7. c. 2. in fine, fol. 528. adde tamen declarat. 3. hic.

8. Gaudet privilegio canonis clericus i. tonsura.

Congregatio sic censuit & est in Garcia de benef. 1. tomo 2. p. c. 2. num. 19. super capitulo 6. Trid. ses. 23. de refor. Clerici qui in hoc decreto Concilij privilegio fori pribantur: privilegio tamen canonis non intelliguntur privati.

9. Si sit ascriptus & non monitus.

Sit desumpta ex Farinacio ad dictum caput 6. Trid. ses. 23. de refor. versiculo. Clericus fol. mibi 233. ubi sic. Clericus in minoribus non beneficiatus nisi incedat in habitu quamvis sit ascriptus, non gaudet privilegio fori, licet non sit monitus.

10. Si capellam in Ecclesia servit gaudet privilegio.

Sit declaratio desumpta ex Farinacio sup. ad. d. c. 23. vers. an clericus, fol. mibi 232. & Marcilla sup. additio (c) fol. 527. ubi sic, an clericus in minoribus ordinibus constitutus, & in habitu, & tonsura incedens, ac de mandato Episcopi in serviens Capelle: qua in Ecclesia existit, & ab ipso Episcopo confraternitati laicorum pro oratorio assignata est: gaudet privilegio fori ex hoc cap. Congregatio Concilij censuit gaudere. Et dato quod gaudeat: an idem censendum sit si servitium non continuatum: sed aliquo impedimento necessario interpolatum profuerit? Congregatio concilij censuit, gaudere.

11. Si cum armis sit deprehensus non gaudet.

Sit desumpta ex Farinacio sup. ad. d. c. 23. vers. clericus, fol. mibi 232. & Marcilla sup. fol. 528. clericus non beneficiatus, qui incedens in habitu & tonsura inseruit alicui Ecclesie, si fuerit cum armis deprehensus: non caret privilegio fori ex c. ad audientiam de sent. excom.

12. Si ob intrusum non possidet beneficium, gaudet.

Est desumpta ex Farinacio sup. vers. an clericus folio mibi 233. ubi sic, an clericus prima tonsura presentatus ad Capellam sacerdotalem, qui super tali presentatione obtinuit à Papa novam provisionem etiam in vim motus proprii: possit in suis causis civilibus gaudere privilegio fori, quamvis possessionem beneficij non habeat propter intrusum, contra quem litem movit? Congregatio die 16. iunij 1587. censuit gaudere, concordat Marcilla lib. 4. tit. 7. c. 2. in fine fol. mibi 528.

13. Sit declaratio ex Farin. ad. d. c. 6. Trid. ses. 23. de refor. vers. habitum & tonsuram, fol. 233. Marcilla sup. fol. 527. additio (d) ubi sic ad privilegium fori non sufficit corona, seu tonsura sine habitu: sed copulative requiritur utrumque, habitusque debet esse decens, & vs que ad talos, nec monitio requiritur, nec habitus, & tonsura sufficiunt, nisi etiam alicui Ecclesie de mandato Episcopi inseruiat.

13. Habitus & tonsura requiruntur & habitus decens, nec monitio requiritur.

14. Sit ex Farin. sup. vers. in clericis vero coniugatis, folio mibi 233. ubi sic, censuit congregatio, clericum coniugatum, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem pro delicto aliquo in Curia laicali citatus in contumacia condemnatus fuerit, si deinde reasumpto habitu, & tonsura modo non in fraudem, Ecclesie inseruiat iuxta d. c. 6. Trid. ses. 23. de refor. non posse à iudice laico propter id delictum in carcerem conijci, aut personaliter astringi, facit c. si index laicus, de sent. excom. in 6. Ordinal conf. 2.

14. Clerici coniugati carcerari a iudice laico.

15. Declaratio sit desumpta ex Farin. ad. d. c. 6. Trid. ses. 23. de refor. in vers. quidam, fol. mibi 234. ubi sic. Quidam clericus caractere insignitus beneficium Ecclesiasticum obtinuit: deinde non secuto matrimonio clericalem habitum reasumpit, & aliud beneficium exigui redditus adeptus est: dubitatur, an gaudeat privilegio fori? Congregatio Concilij censuit, gaudere, quia clericali privilegio renuntiare non potest, cum in fauorem totius ordinis concessum sit, c. si diligenti, de foro comp. Decius in c. tua de Apost. Rel. conf. 4. vol. 1. numer. 9.

15. Clericus renuncians ob matrimonium non secutum.

16. Declaratio sit desumpta ex Farinacio supra vers. Episcopus, folio mibi 234. ubi sic, Episcopus auctoritate sua ordinaria cum sibi subdito viro bigamo: qui alias cum duabus virginibus successiue legitimum matrimonium contraxerit & consummauerit, & modò defuncta sunt, dispensare non potest, ut primam tonsuram, & beneficia simplicia à se, vel ab alijs accipiat.

16. Episcopus non dispensat cum bigamo.

17. Declaratio sit tam quoad loca, ubi seruatur Sacrosanctum Concilium Tridentinum, quoad ea, ubi id non seruatur, & sic loquendo de iure communi, & est desumpta ex Marcilla lib. 4. tit. 6. c. 2. fol. 527. additio (e) & ex Farinacio ad. d. c. 6. Tridentini ses. 23. de refor. fol. mibi 232. vers. de iure, ubi sic, de iure communi fuit dubitatum: an clericus deserens habitum, vel tonsuram, vel simul utrumque propter delicta priuatur privilegio clericali? Tu distingue si est in sacris: retinet privilegium: sed punitur, Innocentius in c. 1. de Apost. si est in minoribus ordinibus, & deliquit, non priuatur privilegio fori, nisi post trinam monitionem,

17. De iure communi quando clericus primo tonsura gaudet privilegio fori?

Si se immiserit enormibus.

nem, c. ad audientiam, de sent. excom. c. si de vi & honesta. Innocentius d. c. 1. nisi se immiserit enormibus: puta quod sit seditiosus: quo casu ipso facto priuatur privilegio, per glossam in verbo cogantur, in c. perpendimus 23. de sent. excom. sic declaratio Cardinalium: sed ubi seruatur dictum Tridentinum: tu index iudicare debes iuxta ea, que dixi in 16. declarationibus supra positis, id verò, quod in ista 17. declaratione dixi, quod clericus pro criminibus enormibus priuatur privilegio, intellige de privilegio canonis (si quis suadere) non tamē amittet privilegium fori de iure communi. Casan. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. in textu si aulcum, num. 35. fol. 195. sed quod amittat etiam privilegium fori etiam sine trina monitione, verius est. Clar. §. si. q. 36. nu. 23.

Habens beneficium, & non habitum.

Adde quod clericus in minoribus constitutus habens beneficium, debet gaudere privilegio fori, etiam si non deferat clericalem habitum, & tonsuram. Garcia de benef. 1. tomo 2. p. c. 2. nu. 4.

Concubina clericorum cuius fori, vel in fragranti cap. & detinere per 20. horas clericus?

Concubinas verò clericorum notorias potest punire iudex secularis. Sed non si non sint notoria, sed occulte, quia tunc Episcopus potest prohibere seculare. Abiles in cap. Frat. c. 47. glossa o clericas, num. 1. fol. 265. ubi num. 4. resoluit, quod iudex secularis potest capere in flagranti delicto iudicē clericū concubinariū, & ducere ad suū, & detinere eum per 20. horas, d. nu. 4. ubi quod & poterit ligare clericum preparatū ad rixam adde num. 36. in fine hic.

Num. 21. Remitti clericus ad Ecclesiasticum.

Adde quod cognitio: an qui petit se remitti ad curiam Ecclesiasticam preteritu clericatus debeat ad eū remitti, vel non? pertenebit ad iudicem Ecclesiasticum vocato seculari. Couarruias pract. cap. 33. numer. 1. Salcedo in praxi criminali canonica c. 64. incipit coram secularibus, num. 14. decis. 3. Dominorum de Rotā in tit. de sent. excom. in nouis. Ecclesiasticus tamen iudex non debet inhibitorijs literis uti contra iudicem secularem habentem carceratum clericum, donec ei constet, illum esse clericum, & habere omnes qualitates requisitas ad suspendendum dicto privilegio: Salcedo sup. num. 15.

Num. 23. De clerico coniugato.

De illa verò questione, an clericus coniugatus debeat gaudere privilegio fori in criminalibus? cognoscere debet iudex secularis, sed non Ecclesiasticus. Rotā noua de cis. 3. in tit. de sent. excom. & Capela decis. 147. in noua impressione. Sed & in Regno. Francie ad secularem iudicem pertinet cognitio, an quis sit clericus prima tonsura initiatus habens qualitates requisitas ad

gaudendum dicto privilegio fori? Couarr. pract. c. 33. nu. 1. Salcedo, sup. nu. 14. Guidopapa decis. 138. & dant rationem: quia ibi non fuit recepta decisio capitis si index laicus, de sent. excom. in 6. Sed apud vnicus, testis, vel fama, vel communis estimatio clericatus sufficiat ad hoc, ut clericus captus sit remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, vel horum quodlibet sufficiat ad hoc, ut secularis iudex inhiberi possit, ne cognoscat contra talem clericum? Couarr. pract. c. 33. num. 3. vers. fortassis dicitur hic nu. 28. Clericus existens in habitu laicali, & repectus in delicto per iudicem laicum, per hunc puniri potest etiam sine trina monitione, Clar. §. si. q. 36. num. 19. & non remittendus est ad Episcopum. Capela decis. 144. in noua impressione. Sed si ad breue tempus dimiserit dictum habitum, non poterit puniri per iudicem laicum ut dixi sup. num. 2. in prima declaratione.

An vnus testis sufficiat ad remittendum?

Si reperitur in habitu laicali clericus.

Num. 24.

Sed oportune dubitabis, appellatione beneficij (de quò fit mentio in c. 6. Tridentini ses. 23. de refor.) veniet ne pensio Ecclesiastica, ita quod habens eam debeat gaudere dicto privilegio fori in criminalibus? ad quod dicitur quod de iure communi talis obtinens pensionem in titulum perpetuū concessam, debet gaudere dicto privilegio fori. Salcedo in praxi c. 64. incipit coram secularibus, num. 10. Lalarte de Alcauala c. 19. num. 24. ubi idem tenet Lalarte in pensione reueruata in fructibus beneficij reservatis ab ipso pensionario, quia in favorabilibus talis pensionarius Ecclesiasticus beneficiatus dicitur. Gigas de pensio, q. 94. nu. 8. Sed ubi seruatur Tridentinum obseruata, que tibi dixi sup. num. 21. in declaratione 3. & 7.

Habens pensionem.

Sed verbum beneficium, de quo in d. Tridentini ses. 23. c. 6. non comprehendit quod quis est ipso iure priuatus eo: licet de facta possideat id. Gigas sup. num. 14. sed cōtradicit Nicolaus Garcia de beneficijs 1. tomo 2. p. c. 2. num. 5. & 6. ubi tenet, quod ad hunc effectum sufficit, quod quis habeat beneficium de facto: & sola possessio, seu intrusio in beneficio. Et habens beneficiū si renunciauerit clericatui, & licet tale beneficium sit exiguum. Garcia sup. num. 3. ubi de renouante dicto clericatui ob matrimonium, quod tamen non fuit post subsecutum, quod talis post gaudere debeat dicto privilegio, si adspiciatur beneficium, & confirmatur hoc cum declaratione 15. relata supra num. 21. Non sufficit tamen habere

Num. 25. Habens beneficium, vel titulum.



habere ius ad beneficium, sed debet quis id actu habere ita quod nec habere titulum eius sufficere. Nicolaus Garcia sup. nu. 8. vsque ad 12. Sed si habeat titulum, sed propter intrusum non potest capere possessionem, gaudebit dicto privilegio. Garcia sup. n. 13. & 14. cum declaratione Cardinalium, cuius tenor est sup. n. 21. hic in 12. declar.

Num. 26. Coadiutor

Gaudebit & privilegio fori coadiutor positis per Papam, qui est primæ tonsuræ seu minorum ordinum. Nicolaus Garcia de beneficiis 1. tomo 2. p. c. 5. nu. 98. quod ego intelligerem modò tamen interueniat in eo ea, quæ sunt sup. hic num. 21. in 1. declaratione Cardinalium. Gaudere debet & habens præbendam si in titulum detur: debet quoque gaudere dicto privilegio habens capellaniam collatiuam. Salcedo ad Bernard. Diaz in praxi c. 64. incipit, *coram secularibus*, num. 11 & 12. si sit data per Papam, vel per Episcopum: sed si det inferior Episcopi: non gaudebit dicto privilegio habens hanc datam à dicto inferiori. Salcedo sup. num. 12. gaudebit & habens beneficium in commendam, c. nemo deinceps, de elect. in 6.

Habens capellaniam

Num. 27. Laicus punire punire ab Ecclesiastico, vel e contra.

Punitio iudicis Ecclesiastici facta contra clericum in minoribus, vel alium non gaudentem privilegio fori, non impedit quominus iudex secularis denuo possit punire talem clericum. Couar. var. lib. 2. c. 10. numer. 5. vers. *undecimo*; Clar. §. fi. q. 57. numer. 14. vbi Bayardus numer. 27. in vers. *idem adde*, (bene sup. hic numer. 21. in 5. de clar.) Gomez var. 3. tomo c. 1. numer. 40. in 4. conclusionem. Vbi secus in d. conclusi. si 1. sit punitus per iudicem laicum, & Fontanell. de pact. nup. claus. 4. gl. 13. p. 2. a numer. 61. fol. 206. Iudex Ecclesiasticus capere non potest laicos delinquentes nisi auctoritate iudicis secularis, excepto in crimine hæresis. Salcedo in praxi c. 133. incipit *auxilium brachij secularis*, num. 6. folio 497. Couar. pract. c. 10. numer. 3. Paz in praxi 2. tomo in 2. præludio num. 56. quod intellige quando procedit contra laicos ciuiler, vel in criminalibus ciuiler intentatis, at quando Ecclesiasticus competenter procedit criminali iudicio contra laicos ad punitiõem culpæ, tunc poterit capere illos, & carcerare. Paz in praxi 2. tom. in 2. præludio n. 55. & 56. fo. 11. & poterit carcerare clericos. Trid. ses. 25. de ref. c. 3.

Laicos capere iudex Ecclesiasticus

Num. 28. Probari clericatus

Sed quæres, qualiter de iure probetur clericatus ad effectum gaudendi privilegio fori? & dic, quod probabitur per literas Episcopi, quibus testetur: se contulisse ordines, nec sufficeret, quod in literis Papæ collantis beneficium nominet ipsum clericum nisi addat à se esse ordinatum. Gramaticus decis. 81. numer. 4. & 5. Salcedo in praxi canonica c. 64. incipit *coram secularibus*, numer. 16. Nec per iudicia, vel coniecturas sufficeret probatio. Salcedo sup. & Boerius decis. 171. numer. 25. posset tamen probari de iure canonico clericatus cum testibus assistentibus actu ordinandi. Boerius decis. 171. numer. 23. non tamen sufficeret vnicus testis. Salcedo sup. numer. 17. licet contradicat Boerius, quia præsumptio est, quem non esse clericum & sic esse de iurisdictione Regis, quæ præsumptio non eliditur per vnicum testem: quia vox vnus vox nullius. Nec posset probari clericatus confessione partis, quidquid contradicat Rota Romana relata per Salcedo. sup. numer. 16. vers. *sunt*, quia aliàs facillimo modo posset quis fraudare iurisdictionem Regis, & nemo pro se bonus testis, hoc meo iudicio non indiget alia probatione. Item meo iudicio sola possessio habitus clericalis & tonsuræ non sufficeret de iure communi ad gaudendum dicto privilegio fori, quamuis contradicat Gramaticus decis. 81. numer. 16. Boerius decis. 171. numer. 13. quia esset in manu cuiuslibet defraudare iurisdictionem Regis, si opinioni horum daretur locus, & ita quod ego tenet Tiraq. de præscrip. §. 1. glossa 4. vers. *decimo septimo*, Salcedo sup. num. 18. & quoad hoc nostrum Regnum Navarræ debet quis probare, & presentare titulos, vel licentias, vt in lib. 4. tit. 11. §. 5. ordinamentorum Regalium in meo 2. lib. ibi *han de yr insertos los titulos*. Sed de iure communi limitat Tiraq. sup. nisi talis ordinatus multo tempore seruisset in ordine ita, quod præsumptio esset pro eo. Ita & Couar. pract. c. 33. numer. 3. Clericatus per testes poterit probari, si ille clericus alleget, literas & scripturas se amisisse. Clar. §. fi. q. 36. numer. 23. vbi Bayardus. De ista probatione clericatus laicus Nicolaus Garcia de benef. 2. tomo in 7. p. c. 1. à nu. 138. vsque ad 171.

Punitio si facta est incompetenti pena per iudicem Ecclesiasticum contra laicum in crimine mixti fori, potest laicus iudex illi grauius punire: sed si primò puniuit laicus laicum pro dicto delicto competere pena, non poterit de nouo illum punire iudex Ecclesiasticus. Clar. §. fi. q. 57. n. 14. Cou. var. li. 1. c. 40. n. 6. Bob. li. 2. c. 17. n. 94. sicut & si iud. ex Eccl. ab soluit illi, poterit laicus iudex eum punire. Clar.

De punitio ne delictorum mixti fori.

Clericus prius tonsuræ puniri a laico.

Clar. d. q. 57. num. 11. adde hic num. 30. Item clericus primæ tonsuræ non gaudens privilegio fori, absque aliqua degradatione puniri potest per iudicem laicum. Couar. pract. c. 32. num. 3. clericus in minoribus ad hoc vt amittat privilegium fori ex tate iure communi, requiritur trina monitio. Casan. in consuet. Burg. ru. 1. §. 5. *si aulcum*, in textu *sil nagraca*, num. 59. vers. *& quantum*, fol. 197. secus de iure Concilii Tridentini vbi seruatur, vt nu. 21. hic in 1. declaratione Cardinalium.

Num. 29. Si quis ante clericatum deliquit, & post fiat clericus, adde n. 31. in fine hic.

Sed vt agamus de iurisdictione criminali iudicis secularis contra clericos dic, quod iudex secularis non poterit procedere contra personam clericum, qui ante assumptionem habitus clericalis, & ordinum sacrarum, vel beneficii deliquit: poterit tamen procedere ob id contra sua bona. Couar. pract. c. 32. num. 4. Gutierrez pract. lib. 1. q. 5. num. 3. Zenedo in collect. c. Principes num. 12. fol. 54. & hanc potestatem habebit modò tamen in fraudem iurisdictionis secularis assumpserit clericus dictum habitum clericalem, sitque factus clericus gaudens privilegio fori, aliàs seclusa ista fraude, in nihilo poterit procedere iudex secularis contra dictum clericum. Gutierrez sup. num. 2. Iulius Clar. §. fi. q. 36. num. 43. & ibi Bayard. num. 18. Bobadilla lib. 2. c. 18. num. 77. fol. 88. fraus verò colligeretur ex eo, quod primò fuerit de ipso delicto diffamatus, vel delatus. Clar. sup. num. 44. Gutierrez sup. num. 5. & egregie Bart. in l. 1. num. 3. ff. de panis & l. si. de re milit. Que resolutio procedet licet sit factus clericus post sententiam iudicis secularis. Bart. in d. l. 1. num. 3. Idem de eo, qui post delictum fuit factus religiosus, & adhuc sit in anno professionis, additio (e) in d. l. 1. vbi Bart. de penis, & vsque adeò procedit, quod etiam pro grauisimo delicto iudex secularis non poterit punire talem clericum, vel monachum in corpore, si iudex Ecclesiasticus non degradet prius eum, & tradat eum dicto iudici seculari. Bart. in d. l. 1. de penis eum. 3. Iul. Clar. §. fi. q. 36. num. 43.

Vel ante professionem

Num. 30. Si clericus deponat falsum coram laico.

Hoc crimè sodomie an probetur per socium criminis, an per minore. 25. annis, an per testes inimicos, vel singulares, vel de auditu? Malcard. de probat. conclus. 1313. In probatione huius criminis testis recipi potest absq; citatione partis. Paz in praxi. 1. tomo in 8. tẽpore. n. 55. fol. mihi. 64. Salcedo in praxi crimini.

Femina cum viro.

Si per cura, vel cum materia nõ apta.

Num.28.

Cum animali irrationali.

Tentans occidi à tentato.

Credi affirmanti.

Fama.

Meretrix.

Num.29. Sodomia puniri licet non content de corpore delicti.

Ob sodomiam separari matrimonium. Pena clerici sodomie.

Num.30. Probari.



crimi. c. 88. incipit, *nephandi criminis*, fol. mihi. 350. col. 1. verl. & in *sodomia*. Per auditum non probatur id. Casan. in consuet. Burg. rub. 1. tit. des Iustices, n. 56. fol. 66. Hipolitus de Marfilij conf. 28. n. 4. & 5.

Num. 31. In Regno Castellæ sodomitis est imposita pæna vltimi supplicij, & confiscationis omnium bonorum. Salcedo sup. fol. mihi. 351. idem de iure communi. c. cum secundum leges, in verbo, *natura contrarias*, de hæreticis in. 6. Clar. §. sodomia num. 6. & intellige de bonis, quæ tempore commissi huius criminis habebat: sed non de post acquisitis. Salzedo sup. col. 8. fol. mihi. 352.

Cōfiscatio.

Num. 32. Connexio ad hæreticum

In Aragon Ecclesiasticis contra sodomitas procedunt.

Testamentum facere possunt.

Abominabile.

Num. 33. Beneficium non conferitur sodomita.

Quilibet accusat.

Num. 34.

In Regno Castellæ sodomitis est imposita pæna vltimi supplicij, & confiscationis omnium bonorum. Salcedo sup. fol. mihi. 351. idem de iure communi. c. cum secundum leges, in verbo, *natura contrarias*, de hæreticis in. 6. Clar. §. sodomia num. 6. & intellige de bonis, quæ tempore commissi huius criminis habebat: sed non de post acquisitis. Salzedo sup. col. 8. fol. mihi. 352.

Sodomita non potest conferri beneficium Ecclesiasticum. Salzedo in praxi. c. 88. incipit, *nephandi*. col. 13. fol. mihi. 355. nec talis gaudet immunitate Ecclesiæ. Couar. var. lib. 2. c. 20. num. 8. Salzedo sup. col. 13. fol. mihi. 354. Quilibet autem admittitur ad accusandum hoc crimen sodomia. l. 2. tit. 21. p. 7. vbi Gregor. Lopez, & Montalbo.

Ad illa verba, *inobediencia a los mandamientos Reales*, intelligerem de mandatis Regalibus factis per ipsum Regem: sed non de mandatis Iudicum etiam superiorum, tum quia analogum per se sumptum fiat pro famosiori significato. Teste Philosopho, & quia hoc nostrum ordinamentum emanauit ab ipso Rege: & præsumitur, quod ipse intellexit de solis suis mandatis, sed non de inferioribus, quia verba debent intelligi secundum subjectam materiam. l. plenū. §. equitij, de vsu & habit. l. ex militari, de testam. militis. Casan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 7. in tex. *supose*, n. 15. fo. mihi. 675.

Ad verba, *la sententia arbitraria se execute en lo que fuere conforme*, & c. idem de iure Regni Castellæ, lib. 4. tit. 21. l. 4. Recopil. illius Regni. 1. p. fol. 282. Secus de iure nisi approbetur per partem. Olanus litera 2, n. 56. & litera 3, n. 9. Abiles in cap. Præc. c. 30. glosa, *faga*, fol. 232. Blancus de compromissis. q. 10. nec in Aragon. lib. 2. tit. de arbitris fol. 44. in suis foris. Sententia lata à maiori parte arbitratorū valet. c. 2. de arbitr. in 6. l. si in tres de receptis, & etiam lata à solo tertio. l. 19. §. si. e. Blancus sup. q. 9. n. 53. vel si absente isto tertio lata sit per arbitros d. c. 2. & d. l. si in tres. Huius verò tertij sententia executioni tradi non potest. Abb. in c. quinquauallis. n. 41. de iur. iur. secus si in parte concordat cum vno arbitro, & in parte cum alio. Parladorius. 3. p. quotid. differ. in differentia. 43. §. 2. n. 4. fol. mihi. 208. Boerius decif. 73.

Num. 1.

Num. 2. Compromitti in duos an possit?

Num. 3. Si sit nulla, vel partim fauorabilis

Num. 4. Appellari.

Si in duos sit compromissum sic, vt si dissentirent, tertium assumant: tale compromissum non valet, quia & in assumendo possunt dissentire. Sed si ita sit compromissum, vt eis tertius assumeretur Petrus: valet compromissum, quia in assumendo dissentire non possunt. l. Item si vnus. 19. §. si in duos, de receptis. Et si in duos sit compromissum, non debet Iudex eos cogere sententiam dicere: quia res fere sine exitu futura est ob naturalem hominum ad dissentendum facilitatem. Sed debet Prætor eos cogere, si non consentiant, tertiam personam eligere: cuius auctoritati pareatur. d. l. Item. §. si. Itaq; ipsi eligunt tertium, sed non Iudex: nec consuetudinem huic contrariam vidi, quidquid dicat. Parladorius. sup. §. 2. fol. 207.

Item sententia arbitraria nulla exequi non potest. Portoles. §. arbiter, num. 15. & 34. quia quod nullum est, nullum iuris producit effectum. Et si ea est pro parte fauorabilis, & pro parte non: non potest exequi pro parte fauorabili: & pro alia appellare: ob indiuiduitatem iuramenti positi in compromisso. Fontanella de pact. nup. claus. 4. glos. 21. p. 1. n. 75. fol. mihi. 328. quot vota debeant esse conformia in arbitris? lib. 4. tit. 28. l. 1. à num. 28. hic.

A sententia arbitri quando liceat appellare, vel non? Rebutus ad leg. Reg. 3. tomo de arbitris, artic. 1. glos. 9. fol. 209. & ad quem Iudicem? glos. 10. fol. mihi

mih. 212. & concludit sic, à sententia arbitri cum adiectione pæna assumpti non appellatur: sed statim ei metu pæne. l. 1. C. de arbitris, sed si assumatur sine tali adiectione: appellatur. l. cum antea. C. e. Et à sententia Iudicis confirmantis arbitriam appellatur. Rebutus. d. glos. 9. n. 5. fol. 208. Si in tres sit compromissum: sufficit duorum consensus, si præsens fuerit & tertius, alioquin absente eo, licet duo consentiant: arbitrium non valet: quia in plures fuit compromissum, & potuit præsentia eius trahere eos in aliam sententiam. l. si in tres. 20. ff. de receptis arbitris. Sed de iure Canonico si ex tribus arbitris à partibus electis: eorum aliquis ab alijs legitime requisitus ad examinandum, vel diffiniendum vna cum eis negotium: super quo in eos fuit compromissum: non curauerit (cessante legitimo impedimento) conuenire: duo præsentis possunt dictū negotiū examinare, & libere diffinire: sicut possent illo præsentis, nec volente cū eis in vnam sententiam concordare. c. 2. de arbitris in 6.

Num. 5.

Cōpromitti in tres.

Ad lib. 2. tit. 22. l. 2. de pace, siue de desistendo ab accusatione.

Ad verba, *puedan cōprometer en causas criminales sin pedir licencia*, causa tūc dicitur criminalis quādo pæna venit applicāda fisco, at si parti, dicitur civilis, siue civiliter agi. Abiles in cap. Præc. c. 2. glos. *camara*, n. 2. fol. 90. etiā si talis pæna sit pecuniaria. d. n. 2. modo tamē sit applicāda fisco ex accusatione, sed si nomine fisci intēretur aliqua actio, vt petitio hæreditatis, erit causa civilis. l. 1. C. de petitione hæred. Bart. in. l. 3. ad finem, ff. de sepulcro violato. Abiles. d. n. 2. Itē erit causa criminalis si pæna sit applicāda fisco ob contractum illicitum. Abiles. d. n. 2. verf. *idem*, fol. 90. at si pæna applicāda parti, nō est ei applicabilis: non erit civilis. Abiles. d. n. 2. verf. *quoq;*, fol. 90. Item si agitur ad pænam ordinariam corporalem non facta mentione priuati interesse: est causa criminalis. Clar. §. si. q. 1. a. n. 3. idē si lex pro delicto ponit pænam centum scutorū, dimidiam applicādam fisco, dimidiam parti. Vel si statuit, quod quis puniatur, & rem restituat. Clar. sup. sed si ex alia causa hæc veniant applicāda, vel restituenda, erit partim criminalis, partim civilis. Si agitur solum ad interesse priuati, erit civilis: si agitur ad priuati

Num. 1. Causa criminalis, vel civilis.

tionem officij, dignitatis, vel beneficij ex inquisitione, accusatione, vel exceptione: erit causa civilis, si pæna hæc non sit ordinaria. Clar. iup.

Facis pacem de non offendendo per te, nec per tuos filios, si filius tuus naturalis offendit, non teneris de eo. Hipolitus sing. 139.

Pace facta an restituantur possessiones, quæ ante tempus possidebantur: & quæ iniuriæ censcātur remissa? rescindantur? sententiæ latæ contra reuelles: prositq; pax malefactoribus? Menoch. consil. 103. vol. 1. Si pars non remittat iniuriam: Princeps ea inuita remittere non potest eam reo. Clar. §. si. q. 68. n. 40. Abbas in c. quanto n. 1. de iure iurando.

Ad pacem faciendam Iudex non potest cogere partes in criminalibus. Abiles in cap. Præc. c. 2. glosa, *parcialidad*, n. 22. Clarus §. si. q. 68. n. 41. Barbatia consil. 1. vol. 3. Maritus accusat de adulterio, vel alio delicto te: condemnaris ad furcas, ille tibi potest parcere cum conditione, vt nunquam ingrediaris hunc locum. Gama decif. 63. & 273.

Pacem facere ad quem pertineat si pater & filij fratris offensi supersint? Beroius. q. 75. Pax infringitur ex causa de nouo superueniente, pænaq; pacis fractæ à quo exigatur? Cephalus consil. 33. vol. 1. Facis pacem remittendo simpliciter iniuriam tibi factam sine mentione damnorum, & expensarum: poteris nihilominus hæc petere. Couar. var. c. 10. n. 7. Paz in praxi. tom. 5. p. c. 3. §. 6. n. 88. fol. 161. Clar. §. si. q. 58. n. 38. Gomez var. 3. tomo. c. 6. n. 13. Curia Philippica. 3. p. §. 8. n. 10. fol. mihi. 568.

De iure communi pars non potest desistere ab accusatione per eum posita, si non habeat licentiam Iudicis ad desistendum, l. 1. §. si quis autem. ff. de abolitionibus. Et si sine tali abolitione, siue licentia desistat, est contra eum pæna quinq; librarum auri. l. 3. in fine. ff. de prauaricator. Sed ille, qui obtenta licentia desistit ab accusatione, possit post denuo accusare cum licentia Principis. Albericus in rub. n. 2. C. de abolitio. Sed hæc noua acusatio an debeat fieri intra 30. dies, vel intra viginti annos? Albericus sup.

Desistens ab accusatione, in expensis debet condemnari in Regno Aragonum. Portoles §. desistere, num. 4. idem de iure. Clar. §. si. q. 58. n. 4. Iodoc in praxi. c. 121. num. 3.

Num. 2.

Princeps nō remittit.

Num. 3. Cogere ad pacem.

Maritus desistere.

Ad quem spectet facere pacem?

Frangi. Pace facta an damna peti?

Num. 4. Desistere ab accusatione.

Post pacem de nouo accusari.

In expensis condemnari.



Num. 5. Licentia de detur, & causa cognita a competenti Iudice sistendi de postulare debet aculator, id est si per errorē tur causa seu remeritatē, seu calorē ad accusationem cognita. profuerit: hoc enim accufator explanans, abolitioni locū faciet Iudex, sin autem per deceptionē, vel pecunijs a reo corruptus ad postulandam abolitionē venit, non admit- tetur, ij verō, qui suam, suorumq; iniuriam defendunt, & qui cognatos suos acussant, admittentur ad desistēdum. l. 2. C. de abolit.

Num. 6. Post pacem puniti ad instantiam Fiscalis. Et aduerte, quod licet acufator desistat, vel faciendū pacem, vel transigendo, nihilo minus tamen Iudex ad instantiā Promotoris Fiscalis ad pēnā ordinariā inferendā pro- cedere potest etiā continuando procesum captū, & etiam vsq; ad mortem naturalem, si delictū mereatur eam. l. 2. C. de abolit. ibi sed aduersus nocentē, & l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. Albericus in l. abolitio. C. de abo- litionibus. Clar. §. fi. q. 58. n. 3. Padilla in l. transigere n. 47. & 48. C. de transact. Villal- pandus in l. 22. tit. 1. p. 7. i. p. §. 9. fol. mihi. 14 aliās enim si delictum non meretur pēnam mortis, & sit tale, pro quo Iudex ex officio, vel ad instantiam Promotoris Fiscalis pro- cedere non possit, tunc si acufator desistat, vel faciat pacem, vel transigat, Iudex nullā pēnam imponere potest reo acussato. Iul. Clar. §. fi. q. 58. n. 3. cum multis ibi per eum allegaris.

Parētes pro filijs, vel minor, vel tutor. Pacem possunt facere parentes non viles pro iniurijs illatis suis filijs. Marāta de ord. Iud. 6. p. tit. de Inquisitione n. 67. & 68. vel adultus, pupillus, vel curator sine eis ob cau- sam minori conuenientē pro iniuria facta suis patribus. Baldus in l. 1. C. de in integ. restit. minor. Paulus Montanus de tutelis c. 33. à n. 263. vsq; ad 373. & Gutierrez de tu- telis. 2. p. c. 7. Pace habita a vulnerato, Sena- tus Regius posset sine consultatione Regia componere partes. Affictis decis. 287.

Num. 7. In quibus delictis? Sed quando & in quibus casibus, vel deli- ctis possint inter se transigere, vel pacem fa- cere partes litigātes? vide. l. 22. tit. 1. p. 7. vbi Gregor. Lopez. Montalaus, & Villalpādus. Padilla in l. transigere. C. de transact. Clar. §. fi. q. 58. vbi late. Et de materia pacis, & transactionis in delictis. Gomez var. 3. tom. c. 3. à n. 54. ad quos recurre. Filius si se ab- stineat ab hereditate sui patris: potest tamen pacem facere de morte illius. Plaza de delict. c. 45. n. 2.

In Aragon, & Neapoli. In Regno Aragoniæ, & Neapolitano pō- test quis desistere ab acufatione. Porcoles ad Molinum. §. desistere fol. 517. Et licet pars desistat, Fiscalis promotor potest pro-

te qui in hoc nostro Regno: potest & in Aragon Portol. sup. n. 2. idem de iure com- muni. Porcoles sup. modò tamen sit delictū, in quo ipse solus potest acussare.

In pace ineunda præfertur vxor vidua de functi, filijs, & consanguineis huius, quia cū sint vna caro, reputatur magis cōiuncta per sona. c. gaudemus. §. quia verò, de diuortijs. Paz in praxi. 5. p. 1. tomo. c. 3. n. 14. fol. mihi 130. nisi secundò nubat. Plaza de delictis. c. 45. n. 1. Gomez var. lib. 3. c. 3. n. 65. in fine, quidquid dicat Castillò de usufruct. lib. 1. c. 4. à n. 2. vsq; ad 37. cuius argumentis facile potest responderi: pro me stat & Padilla in l. transigere. n. 57. C. de transact.

Itē ex pluribus cōsanguineis proximior in gradu præfertur in accusando, & pace fa- cienda: Inter eiusdē gradus, omnes simul, & ab omnibus eiusdē gradus est habēda pax, siue concordia. Paz sup. n. 16. fol. mihi. 130. Gomez var. lib. 3. c. 3. n. 64. Sed si consanguinei concurrant cū hærede extraneo: is præ- fertur illis, quia tenetur mortē defuncti vin- dicare. Gomez sup. n. 64. etiam si sit fāmīna ralis hæres. Gomez sup. n. 65. & non datur dispar ratio in eā quā in masculo.

Paxq; a proximiorē facta præiudicat re- motioribus. Padilla in l. transigere, n. 52. C. de transact. Plaza de delict. lib. 1. c. 46. n. 1. fol. mihi. 765. Bart. in l. 4. §. Cato. d. verb. oblig. nisi probetur ignorantia remotioris, & præ- uariatio, vel collusio proximioris. l. si cui. 7. §. iisdem, de accusat. Inter illos verò, qui sunt eiusdē gradus concordia, vel pax facta per maiorem partē illorū, valet: licet contra- dicat minor pars. l. aliud. §. refertur de reg. iur. l. quod maior. ad municip. c. 1. de his, quæ fiunt a maiore parte. l. si. C. qui bonis. Nec est hæc res, quæ cōpetit pluribus, vt sin- gulis, sed vt vniuersis. Et si sint æquales, quod vni parcunt, alij non: præualet pars, quæ par- cit. l. interpretatione, de pēnis. l. absentem e. l. & suum hæredē. 8. §. fi. de pact. Arēt. in l. pro hærede. §. fi. de adq. hæred. Sed si in nu- mero minoris partis sint masculi, & in nu- mero maioris, fāmīna: præferētur masculi. Paris. de Puteo. de sind. verbo, cōpositio, c. 8. fol. mihi. 169. col. 4. n. 5. Plaza sup. n. 8. fol. mihi 770. Sed ad hoc vt maior pars inter æquales præiudicet minori parti, debent omnes in vnum vocari, aliās non præiudica- ret minori parti, l. & suum hæredem. 8. §. fi. de pact, quia forte minor pars posset maio- rem trahere ad suam sententiam: Sed & si aliqui sint absentes, erunt vocandi. Penna in l. nominationum. C. de Decur. lib. 10. Pla- za sup. c. 46. n. 16. Et si nolliat comparere: ha- bentur

Num. 8. Vxor præ- fertur filijs in pace ine- unda.

Num. 9. Ex plurim- bus consan- guineis pro- ximior.

Exceptio hæc redde.

Num. 10. Pax proxi- mioris præ- iudicat. Quid inter- plures eius- dem gra- dus?

Si vni par- cunt, alij cō- tradicunt.

Maior pars vt præiudi- cet minori, omnes cita- ri debent.

bentur pro præsentibus, ne sua malitia eis prosit. De ista maiore parte adde lib. 5. tit. 1. l. 2. hic.

Ad lib. 2. tit. 22. l. 3. de Statuto de compromittendo inter consanguineos.

Num. 1. In spolio. **A**D illa verba, se comprometan los pleytos de entre padres, e hijos, &c. Idem de iure com- muni nisi de castrensi peculio. l. lis nul- la. 4. de iudicijs, & l. 32. tit. 2. p. 3. & l. 11. tit. 17. p. 7. hæc nostra lex obligans ad compro- mittendum non habet locū in spolio. Affic- tis decis. 84. nec in criminibus de iure cō- muni. Alex. conf. 82. n. 4. & 7. vol. 1. Blancus de cōpromissis. q. 4. n. 26. nec in gradu ap- pellationis. Hipolitus in praxi. §. sequens. n. 51. Marāta de ord. Iud. 6. p. tit. de cōpromis- sis. n. 31. Vbi in dicto tit. an inter consangui- neos spurios, & non legitimos, vel clericos? adde hic. n. 4. 5. & de clericis etiā Marāta dif- put. 8. n. 9. & 14. & Capicius decis. 66. Blan- cus de compromissis. q. 3. n. 32. & 35. Rolād. conf. 57. vol. 2. n. 18. 21. 24. & 27. Decius in c. Ecclesia sancta, n. 45. de constit. Hipol. in l. circumducere. §. seruo n. 9. C. de siccar. Et ligat clericos nisi sit statutum dictās quod- sentētia arbitraria executioni mādetur (vt est hæc nostra lex. i. hic) Blancus sup. q. 3. n. 32. & 35.

Num. 2. In quibus bis. Non cōprehendit de iure instrumenta li- quida, si opopnatur, quod sint simulata. Ar- nono, cautela. 17. nec si frater cōsanguineus est mortuus. Arnono cautela. 39. Obligat ad pluries quā semel cōpromittendū etiā si bis sit cōpromissum, si tamē expirauit. Iason in l. qui per salutē, n. 4. de iure iur. vbi quod est cōpromittendū donec res finiatur, & Affic- tis decis. 46. Arnono cautela. 57. Marsilius sing. 172. Nec ligat si instrumentū sit iurātū, nec si debitū sit liquidū. Hipolitus de Marfi- lijs sing. 467. vbi nec si instrumentū sit obscu- rū, nec si est quæstio de articulo meri Iuris. & Corneus conf. 292. n. 8. vol. 3. & decis. Pe- rus. 47. n. 11. Nec in causis mixti Imperij. Ma- rāta dicto tit. de cōprom. n. 32. & Ioseph. Lu- do. decis. 47. n. 8. Quādo vēditor consangui- neus euincētis cōparet ad defendēdū emp- torē conuentū non cōsanguineū: cōpromit- tēdū est. Bart. in l. si minori n. 5. C. de iure fis- ci lib. 10. & in l. in rem. n. 3. C. vbi in rem actio & Castro in l. 1. n. 4. C. vbi in re actio. De re prohibita alienari non cōpromittit- tur. Ioseph. Ludo. decis. 47. n. 13. Benintēdis decis. 21. vbi n. 10. quod tutor possit cōpro- mittere stāte hac lege & Maranta sup. n. 9.

Venditor. **In re prohi- bita aliena- ri.** **Tutor.**

Blācus sup. q. 3. n. 53. verf. ex his, Paulus Mon- tanus de tutelis. c. 33. à n. 228. & n. 360. & Gutierrez de tutelis. 2. p. c. 5. à n. 18. Minores ligat. Maranta sup. n. 9. Benintēdis decis. 21. n. 11. Blācus de compromis. q. 3. n. 39. Alex. conf. 65. n. 33. vol. 6. Roland. conf. 57. n. 33. vol. 2. An tamen ipse tutor sine pupillo, vel pupillus sine tutore compromittere pos- sint? Romanus conf. 386. Minores compro- mittentes virtute huius statuti non possent in integrum restitui. Romanus conf. 90. & Castro in l. non videtur n. 4. C. de in integ- rum rest. & Tiraq. de retract. lignag. in fi- ne, n. 53. folio. 271.

Hæc nostra lex, & similes, ligant sponfos, & sponsas. Rol. conf. 57. n. 16. vol. 2. & Ma- ranta de ordine Iud. 6. p. tit. de comprom. n. 3. Non habet locum parte non petente. Marant. sup. n. 13. & Blancus sup. q. 5. n. 1. & reus debet petere. Alex. conf. 144. n. 7. vol. 7. Sed post cōclusum in causa peti non pos- set vt compromittatur, nec post publicatas attestations. Blācus de compromissis. q. 5. n. 3. verf. (publicato) & Iason in l. si quando §. & generaliter. C. de inofficioso testam. Rolandus conf. 57. n. 37. vol. 2. & Trigona sing. 72. Hipolitus in l. maritus n. 25. & 26. de quæstionibus, decis. Perusina. 47. n. 12. Nō habet locum inter vitricum, & priuignum, vel inter nouercam, & priuignam. Baldus in l. affinitatis, n. 3. & 4. C. communia de suc- cessionibus, & Maranta sup. n. 16. Nec ha- bet locū quando vertitur quæstio de legiti- matione. Alex. cōf. 144. n. 6. vol. 7. hæc cōsan- guinitas requiritur, quod interueniat tēpore cōpromissi Alex. conf. 207. n. 9. & 11. vol. 6.

Cōputatio graduū quoad cōsanguineos cōpromittendū fiet de iure cōmuni secūdū ius ciuile, & nō secūdū Canonici. Bald. in l. si. n. 4. vbi Alex. n. 6. & 7. C. de successorio edicto Cornens cōf. 9. n. 3. vol. 3. Sed in Re- gno Nauarræ fiet secūdū ius Canonici, vt d. l. 3. ibi, *bermanos, y parietes*. Nō habebit lo- cū hæc lex in extraneis ligātibus, qui cōmu- nes cōsanguineos nō habet. Aymō cōf. 203. n. 14. nec in cōsanguineis naturalibus, vel spurijs. Alex. cōf. 60. n. 33. vol. 2. vbi secus de legitimatis. Si hæc consanguinitas negetur per vnū ex litigātibus quoad articulū facti, impediatur cōpromissum, secus si quoad ar- ticulū iuris. Capicius decis. 7. Et testes depo- nentes de hac cōsanguinitate, nō sufficiet, quod deponat simpliciter d. ea, sed debebūt declarare gradus cōsanguinitatis. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 16. n. 6. Si opponatur de illegitimatione, & quod prius cognosca- tur de hac coram Iudice Ecclesiastico quā

Minores.

Sponsi vel parte non petēte, vel post conclu- sum.

Vitricum.

In legitima- tione. Consanguini- tatis.

Num. 4. Gradus cō- putari.

Consangui- nitas si ne- getur.

Consangui- nitas proba- ti.

Illegitima- tate.



Ad lib. 2. tit. 22. l. 3. de Compromissis inter consanguineos.

compromittatur coram seculari: erit causa remittenda ad Ecclesiasticum quoad legitimationem antequam compromittatur. Capicius, decis. 7.

- Num. 5. In feudis. Hæc nostra lex, & similes habent locum quoad fæuda, vel illorū fructus, si est quæstio quantū debeat esse? A fictis decis. 34. hæc nostra lex est contra ius, nec posset cogi quis ad compromittendū de iure cōmuni, nec habet locū in rebus liquidis. Corneus cōf. 65. n. 4. & 5. vol. 4. nec in affinis soluta affinitate. Alex. cōf. 207. n. 11. vol. 6. Iasson in l. si cut, de re iudicata. Hæc lex limitans se, quod non habeat locū compromissum quādo est instrumentum publicū, idē esset de iure cōmuni. Alex. cōf. 166. n. 2. vol. 2. Etia si sic nō limitaret non haberet locum super instrumentis guarentigiaris, nec in sententijs diffinitiujs. Bart. in l. elegāter. n. 2. de condict. indebiti, nec habet locum super missione in possessionē. Ioseph. Ludo. decis. 47. n. 2. vbi n. 10. nec in donatione iurata. Consanguineus forensis agens debet compromittere. Rolādus cōf. 57. n. 22. vol. 2. vbi n. 15. quod statutum de compromittendo inter affines extenditur ad virum, & vxorem.
- Num. 6. In nepotibus. Hæc nostra lex est fauorabilis, & habet locum in nepotibus conceptis, & natis post emancipationem filij. Iasson in l. de quibus, n. 17. de legibus. Non habet locum si vna pars habet exceptionem liti finitæ. Iasson in l. fratris tui. n. 4. C. de transact. sed habet locum inter consanguineos, qui sunt facti extranei ipsimet, vel per statutum. Iason in l. ius agnationis. n. 2. de pactis. Non valeret hæc lex si cogeret ad compromittendū certas personas, secus si generaliter cogat. Iasson in l. lex est, n. 6. de legibus, & Parisius cōf. 40. n. 1. vol. 1. Habet locum quando est quæstio, debeat ne compromitti, vel non, inter cōsanguineos? Bart. in l. si quis, n. 5. C. de pactis, & habet etiā locum cum controvertitur, vbi debeat pupillus educari? Bart. in l. nō distinguatur. §. quæstio. n. 2. de arbitris, & quādo cōparet vnus frater pro defensione sui fratris rei. Bart. in l. 1. n. 3. C. vbi in rem actio. Sed non habet locum, quando petitur executio sententiæ arbitri. Secus arbitratoris. Bart. in l. 2. n. 1. de arbitris. Licet dicat lex, quod super decisio per sententiā non compromittatur, qualiter hoc intelligatur? Plotus de in litem iurādo. §. 49. n. 29. vbi quod producus sententiā, possit cogere aduersarium ad compromittendum, quia potest suo fauori renunciare.
- Num. 7. Hæc nostra lex cogens ad compromittendū habet locum in principali & in emer-

gētibus, & connexis. Plotus de in litem iur. §. 4. n. 46. vbi vsq; ad 50. quod debeat compromitti quæstio, an res sit cōpromittenda, vel non? & quod habeat locū in sumarijs n. 47. sed non in quæstione, sit instrumentū? vel sit quid decisum per sententiā? n. 48. nec quando petitur compromitti articulus causa profelandi litem n. 49. Nec quando partes in facto sunt cōcordes, sed solū habet dubium in iure, d. n. 49. Corneus cōf. 293. n. 8. vol. 3. Sed si in facto non cōcordant, etiā quæstio iuris compromitti debet. Plotus d. §. 4. n. 49. Non habebit locum in eo, qui opponit exceptionem liti finitæ, vel transactionis. Trigona sing. 78. n. 1. Non habet locum corā iudice Ordinario in instrumento iurato, vel si res, de qua est lis, sit liquida. Hipolitus sing. 467. à num. 1. nec habet locum in nepote non legitimo. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus, num. 26. ad Trebel. nec si res sit clara. Alex. in l. si sic stipulatus, num. 2. de verb. ob. Tales arbitri non tenentur citare partes ad audiendā sententiā. Alex. in l. si quis arbitrātū, num. 15. e. Habet locum in causis, quæ possent compræhendi sub larga significatione vocabuli. Alex. in l. 1. §. lex falcidia, num. 3. ad leg. fal. Sed non in casu decisio per legem. Castro in l. ancillæ num. 6. C. de furtis, vbi num. 7. quod nec in quæstionibus iuris, secus in mixtis inter ius & factum, vel habentibus diuersas opiniones, & Hipol. sing. 467. n. 7.

Nostra lex cogens ad compromittendum habet locum in tota causa, & etiam in articulis non concernentibus eam, sed ordinem Iudicij. Castro in l. si quis, num. 11. C. de pactis. Non habet locum in sententiā transacta in rem iudicatam, secus si quis sponte compromitteret, ea non obstante, vel si sine calumnia allegetur, quod ea sit nulla, vel quod rescindi possit beneficio restitutionis in integrum. Castro in l. post rem, num. 5. & 6. de transac. Cessat ob enormissimam læsionem. Cephalus cōf. 480. num. 23. vol. 4. Non compræhendit causam matrimonialem, nec spiritallem. Blancus de comprom. q. 4. n. 7. Non est satisfactum nostræ legi per compromissum inutiliter factum, nec si expirauit ante quā arbitri pronunciant. Hipolitus de Marfil. in rub. de fideiuf. n. 121. Curator ad lites hoc compromissum petere posset. Benintendis, decis. 21. à n. 1. vsq; ad 9.

Si alia scire vis remitto te ad Blancum de compromissis. Marātam de ordine Iud. 6. p. in. 2. actu, tit. de compromisso. Hipol. de

In emergentibus.
In sumarijs.
In facto claro.
In lite finita, vel transactione.
Instrumento iurato.
Vel claro.
Citare.
In decisio.
In mixtis, vel dubijs.
Num. 8. In incidentibus.
In sententijs.
Si cessio interuenit.
Causa matrimonialis si nulliter est factum compromissum.
Curator ad lites.

Ad lib. 2. tit. 22. de Cōpromissis & de residētia Episcoporum. 108

de Marfil. sing. 467. & in l. maritus. n. 25. de probat.

- Num. 9. Ad verba, y què los arbitros procedā de plano, y sumariamente, fol. 100. Illud verbum, de plano, quid significet? est Clem. sape de verb. sig. adde & Blancum de comprom. q. 1. Et casus in quibus summarie sit procedendum vide in Abiles in cap. Præc. c. 36. glosa, casus, fol. 250. vbi ponit. 34. casus. Et in sumarijs causis admittuntur exceptiones, & defensiones. Abiles sup. glosa, las excepciones, fol. 250. sed & probationes admittuntur. Abiles supra glosa, probanças, fol. 250. adde hic lib. 4. tit. 28. l. 1. n. 1. 2. 3. 4. & 5.
- Num. 10. Ad illa verba, de los incidentes. ante arbitros no aya apelacion fol. 100. secus de iure. Blancus de comprom. q. 10. n. 10.
- Ad lib. 2. tit. 22. l. 4. fol. 100. p. 2. Ad illa verba, se continē el dicho pleyto ante los dichos arbitros, sed omitto cōpromisso pars non posset recurrere ad Iudicem ordinariū inuita altera parte. Blancus, de compromissis. q. 7. n. 10.
- Num. 2. Indices esse arbitri. Ad verba, sin que se aliere el estado del proceso, fo. 100. p. 2. quid de iure? si quis, 35. de receptis arbitr. Iudices non possunt acceptare compromissa in Regno Nauarræ lib. 1. tit. 4. ord. 4. de la Recopilacion de Leyes de visita. Idem de iure cōmuni. l. sed et si §. si quis, de receptis arbitris vbi sic, si quis iudex sit, arbitriū accipere eius rei, de qua iudex est, in se ve cōpromitti iubere, prohibetur lege Iulia. Idem Specul. in praxi lib. 1. particula. 1. tit. de arbitro. §. potest, n. 6. Blancus de compromissis. q. 2. à n. 41. Guidopapa decis. 69. quod an intelligatur vtroq; iure, & quoad etiam Delegatos, vel volentes in eum compromittere, vel quoad etiam arbitratores Iudicem? Abiles in cap. Præc. c. 9. glosa, compromissos, fol. 147. limita. 1. in causa, in qua Iudex acceptans compromissum, nō habet iurisdictionē. Abiles sup. glosa, q̄ pudiere, fol. 148. n. 1. Alex. in l. 1. §. & post operis. n. 2. de noui operis. 2. in casu, quādo non subditi iudicem non suū faciunt cōpromissum, vel quādo compromittitur de causis ciuilibus, in Iudicem maleficiorū, vel in Iudicē, a quo, quia in causa, in qua sententiā tullit, potest esse arbiter. Abiles in d. glos. q̄ pudiere, à n. 2. Et si antequā quis sit iudex acceptauit cōpromissum, & factus fuit post iudex, expirauit cōpromissum. Abiles sup. d. glosa, q̄ pudiere, n. 5. Et si iudex sit arbiter in dictis casibus permisis, non poterit habere salarium à partibus. Abiles sup. d. glosa, que pudiere, n. 7. fol. 148.

Ad lib. 2. tit. 23. l. 2. en el §. 1.

Ad verba, los Regidores prometē fol. 102. de iure decuriones posunt promittere de salaria medicis de bonis cōmunibus. Iam biciofa de decretis. Abend. de exeq. 2. p. c. 10. n. 8. & 9.

Ad §. 2. d. l. 2. de absentia medicorum.

Ad verba, ni se ausentarā los medicos, de iure non possunt medici se absentare à suis locis sine licentia decurionū, si sint salariati ab eis. Abiles in c. Prætor. c. 54. glos. partiere, n. 4. fol. 282. Ad propositum absentia, quæritur.

Vtrū Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus, vel debeant residere in eis?

Ad quod Congregatio Concilij censuit. Episcopū modò in Episcopatu resideat, solutū esse à residētia dignitatis, quā sine vlla animarū cura obtinet etiā extra Diæcesim in aliqua cathedrali: eamq; retinere, ac eius fructus percipere posse, exceptis portionibus, & distributionibus quotidianis, & alijs, si quæ forte sint, quæ absentes iusta aliqua de causa nō percipiunt. Ita refert Farina. ad Trid. sess. 23. de refor. c. 1. vers. in sua, fol. mihi 214. & Marz. lib. 1. tit. 9. c. 7. additio, f. fo. 120.

Cong. censuit sic. Episcopus residēs in vrbe cathedrali, liber est à residētia Monasterij Monachorū Regulariū, quod obtinet cū dispensatione Pape: licet illi annexæ sint aliqua Ecclesiæ Curatæ post erectionē Monasterij, & præsertim si in tali Monasterio non sit fons Baptismalis, nec aliqua animarū cura, & Curatę regi soleant per Vicarios. Ita refert Farin. sup. vers. Episcopus, el 1. fol. 214. Marzilla sup.

Cog. resp. Episcopū residentē in sua diæcesi, liber esse à residētia suarū dignitatū, & beneficiorū simpliciu, que obtinet in alia diæcesi, nec aliud amittere, nisi quotidianas distributiones, & alia: si que sunt, quæ absentes iusta de causa non percipiunt. Farin sup. vers. Episcopus, el 2. fol. 214. Marzilla sup.

Cong. censuit sic. Nō licet Episcopo à sua Ecclesia ab esse nisi ob aliquā causam, que habetur in c. 1. ses. 23. de refor. Ita refert Farin. sup. vers. nam, fol. mihi. 215. Marzilla fol. 121. c. 8. additio, n.

Cog. resp. Metropolitanos prouidere debere, vt Prouinciales eorum Episcopi iuxta



decreta Tridentini reside ant in eorū Eccle-
sijs. Ita refert Farin. sup. vers. neuē, fol. 215
Marcilla sup. additio, 2, fol. 121.

Num. 6. Cong. censuit sic. absente Metropolita-
no Episcopus antiquior residens super ab-
sentia Episcopi Comprovincialis inquirat.
Ita refert Farin. sup. vers. vel eo, fol. mihi. 215.
Marzil. sup. additio, b.

Num. 7. Cong. sic censuit, non licet Episcopo se
absentare ab Episcopatu suo etiam prop-
ter perpetuum morbum. Ita refert Farin.
sup. vers. non licet, fol. 215. Marcilla fol. 121.
c. 8. additio, u. Bona Patriarcharum, & Epif-
coporum, & Curatorum mortuorum extra
sua Ecclesias contra Tridentinum, perti-
nent ad Papā, motus proprius Pij. 4. de 20.
Dezi. 1564. fol. 418. 425. in meo Tridentino.

Cong. sic censuit, Episcopus residens in sua
Capituli sede solutus est a residentia Decana-
tus, & Canonicatum, & ceterorum bene-
ficiorum, ac illa retinere, fructusq; percipe-
re potest: exceptis quotidianis distribu-
tionibus, & alijs, si quæ forte sint, quas ab-
sentes alia de causa non perciperent. Ita refert
Marzilla lib. 1. tit. 9. c. 15. additio, n. fol. 137.
Farin. ad Trid. ses. 24. de refor. c. 12. vers. di-
gnitates, fol. 337.

Sed an Canonici, vel alij ha-
bentes dignitates tenean-
tur residere in suis
Ecclesijs?

8. Declaratio. Super quo Cong. Concilij censuit. Cano-
nicum absentem studiorum causa, perci-
pere quidem fructus Præbendæ, non verò
distribuciones quoridianas. Quòd si in hu-
iusmodi distributionibus omnes Capituli
redditus consistant: percipere etiam distri-
buciones, de pta tertia parte, quæ inseruien-
tibus accrescat, nullo autem casu debere
ipsum Canonicū percipere distribuciones
missis, aut defunctorū anniuersarijs applica-
tas. Ita refert Farin. ad Trid. decis. 146.

9. Commendararij resi-
dere. Cong. censuit, Commendararios Abbatij
curam iurisdictionalem tantum, non autem
sacramentalem habentes, nullo Concilij de-
creto ad residentiam astringi, neq; si non re-
sident, pænis ab eo in non residentes con-
stitutis, arceri. Ita refert Farin. sup. decis. 166.

10. Trid. ses. 24. c. 12. de re-
for. Item extat Sacrosanctum Conciliū Trid.
ses. 24. de refor. c. 12. vbi sic Præterea obti-
nentibus in eisdem Cathedralibus, aut collegia-
tis Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut por-
tiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut

consuetudinis ultra tres menses, ab eisdem Eccle-
sijs quolibet anno abesse, saluis nihilominus ea-
rum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius
seruitij tempus requirunt, circa quod sit.

Congregatio censuit sic, ad hanc residen-
tiam tenentur etiam Abbates, & alij super-
iores Ecclesiarum Collegiarum, licet ha-
beant iurisdictionem in Canonicos, & ad
hoc cogi possunt ab Episcopis, sub quorum
diæcesi sunt. Ita refert Nicolaus Garcia de
benef. 1. tomo. 3. p. c. 2. §. 1. n. 181. fol. 208. Fa-
rin. ad Trid. ses. 24. c. 12. de refor. vers. ad hanc,
fol. mihi. 333. Marzilla lib. 1. tit. 9. c. 15. addi-
tio, l. fol. 136.

Cong. censuit, sub verbo, dignitates, posito
in d. c. 12. relato hic in principio: compræ-
hendi etiam illas dignitates, quæ sunt Capi-
tillarum Ecclesiarum Collegiarum, &
quæ etiam essent exemptæ a iurisdictione
Ordinarij, & habent tatum iurisdictionem
in Canonicos, & deseruientes in illis Eccle-
sijs. Ita Garcia sup. d. n. 181. fol. 208.

Cong. respondit sic, obtinens Canonicatū
& Monasterium in Commendā ab animarū
cura liberum, in Canonicatu residere tene-
tur. Ita refert Garcia de benef. 1. tomo. 3. p. c. 2.
§. 1. n. 183. fol. 209. & Far. ad d. c. 12. ses. 24. vers.
obtinens, fol. mihi. 342. & ibi in vers. Epif-
copo.

Cong. censuit sic, habens Canonicatū &
Parrochiale in duobus diæcesibus, & nō
residens in Parrochiali ex permissu Episcopi
vt tenetur ex bulla Pij. V. cogendus est ad resi-
dendū in Canonicatu. Garcia sup. n. 184. fo. 209

Habens duos Archidiaconatus dignitate
pares, residere poterit in quo sibi placuerit,
si alter est dignior, tenetur in eo residere.
Garcia de benef. 1. tomo. 3. p. c. 2. n. 185. in pri-
ma declaratione fol. 209. adde declar. 6. & 7.
hic, idē Farin. in d. c. 12. ses. 24. vers. habens,
folio mihi. 342. Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 15. addi-
tio, r. vers. habentes, fol. 140.

Obtinens legitime duas dignitates, in di-
gniori residere tenetur, & fructus alterius lu-
cratur, nō tamen distribuciones, & ea tertiā
partem præbendæ, quæ auctoritate decreti
ses. 24. de refor. in quoridianas distribu-
tiones est conuersa. Ita Garcia sup. n. 185. in 2.
declaratione.

Obtinens duos Canonicatus, tenetur in
digniori residere, eius verò, in quo nō resi-
det, quoridianas distribuciones perdit; in
quibus distributionibus intelligitur etiā cō-
præhensa tertiā pars præbendæ, quæ ex Tri-
dentino conuersa fuit in distribuciones quo-
tidianas: sed habens plures Canonicatus di-
gnitate pares, vbi pluribus inseruire potest
residere

11. Abbates.

12. Declaratio.

Dignitates.

13. In commen-
dam habes
resideat.

14. Habens Ca-
nonicatum,
& parochia-
lē.

15. Habes duos
Archidiao-
natus.

16. Dignitates
habes duas.

17. Duos Cano-
nicatus ha-
bens.

residere tenetur. Ita refert Garcia de benef. 1.
to. 3. p. c. 2. n. 185. in 3. declar. fo. 209. & Farin.
ad d. c. 12. ses. 24. vers. obtinens, fol. mihi 342.
& ibi in vers. habentes, Marcilla fol. 140. vers.
habentes, & vers. obtinens.

18. Canonici
resideant. Canonici omnes debent in propria Eccle-
sia residere, & personaliter deseruire eorū
muneri, non obstantibus quibuscumque,
ille tamen, qui aliud beneficium ex legiti-
ma dispensatione obtinet, quod maiorem
vel æqualem causam residendi habeat, licet
non intersit muneri, quod exigit Canonicus
tus, non potest tamen eo priuari, nec alia
pæna affici, nisi priuatione distributionum
quotidianarum, nec Concilium Trid. super
pluralitate beneficiorum prouidet, nisi ad
futurum, præterquam in parrochialibus,
quas nec etiam per dispensationem ante
Concilium Trid. obtentā nemo nisi vnica
retinere potest. Ita refert Garcia sup. n. 186
in 2. declar.

19. Capellaniā
in cathedra
li habens. An capellaniā in Ecclesia Cathedrali
existentes, quarum redditus ex varijs defunc-
torum redditibus cum onere missas ali-
quot, & diuina officia pro animarum salute
celebrandi inter se tantum distribuunt ca-
pellani præsentes, qui onera prædicta per
se ipsos, & per alios præbyteros quoscum-
que persolunt, reliquis capellanis, qui præ-
sentes non sunt, nihil percipientibus, perso-
nalem residentiam requirant ita, vt qui ob-
tinens, ad residentiam præcisse etiam per
priuationem cogi non possint obstante cō-
suetudine cōtraria? Multi ex illustrissimis
tenebant, non posse cogi præcisse, & in hanc
sententiam inclinabat maior pars, nisi alle-
garetur, aliās fuisse in cōtrarium decisam.
quoniam fructus sunt in forma distributio-
num, vt in canonicatibus, ideo fuit decisū,
cogi posse præcisse ad residendū. Ita refert
Garcia de benef. 1. tomo. 3. p. c. 2. nu. 188. fol.
210. Farin. ad c. 12. ses. 24. de refor. vers. an ca-
pellaniā fol. mihi 348.

20. Immemo-
rialis nō ex-
cussat. S. D. N. Greg. 13. ex sententia Congre-
gationis declarauit, immemoriam con-
suetudinem non excussare a residentia in
cathedralibus & collegiatis insignibus: in
collegiatis autem non insignibus posse ex-
cussare, si Ecclesiæ sunt rurales prorsus desti-
turæ, aut in quibus nunquam antea supra
hominum memoriam solitum esset reside-
re, aut in quibus adeo tenues redditus es-
sent, vt canonicos aliunde non habentes
vnde viuerent, alere non possent, & suffice-
re ad excludendam immemoriam, quòd
aliqui Canonici resederint. Ita refert Gar-
cia de benef. 1. tomo. 3. p. c. 2. num. 197. in 2.

declaratione sol. 211. Farinacius ad Trid. de-
cis. 240. Et Farin. ad c. 12. ses. 24. de refor. vers.
in cathedralibus, fol. mihi 337. & in vers.
non obstat, folio 347. Marcilla folio 135.
additio 1.

Congregatio censuit, immemoriam esse
sublatam per Concilium, & statuta iura
stolica confirmata non esse sublata per Co-
ncilium ses. 24. c. 12. Garcia sup. nu. 197. in 3.
declaratione, & Marcilla folio 139. addi-
tio. r.

Congregatio censuit sic, non datur sub-
stitutus in loco canonici absentis ex iusta
causa, nec potest compelli Canonicus de-
seruire per substitutum, sed vt per se deser-
uiat non obstante immemoriam consue-
tudine. Ita refert Garcia sup. n. 197. in 4. de-
clarat. fol. 212.

Congregatio respondit, consuetudinem
immemoriam non residendi Canonicos,
vel dignitates esse sublata ex c. 12. ses. 24.
de refor. quòd si Canonici alia se ratione
tueantur; audiendos esse. Garcia sup. nu. 198.
in 1. declaratione.

Congreg. resp. Canonicos & dignitates
teneri ad residentiam nouem mensibus.
Ita refert Garcia de benef. 1. tomo. 3. p. c. 2. n.
198. in 2. declar.

Congregatio resp. Canonicos & digni-
tates teneri diuina officia per se ipsos, itē-
q; missas maiores canere illis diebus, qui-
bus tenentur. Garcia sup. n. 198. in 7. decla-
rat. fol. 212.

Congregatio declarauit, statutum, quò
permissum est Canonicis quatuor menses
quolibet anno ab Ecclesia abesse, si a Papa
confirmatum est, non esse sublata a con-
cilio, d. c. 12. relato hic in principio, in 10. de-
clar. Er ideo obseruari debere. Ita refert
Garcia de benef. 1. tomo. 3. p. c. 2. numer. 216.
fol. 217.

Congregatio resp. per d. c. 12. non su-
blatas fuisse fundaciones, nec confirmatio-
nes Apostolicas. Garcia sup. d. n. 216.

Congreg. resp. seruandum esse decretum
Concilij Trident. in d. cap. 12. de absentia
trium mensium, non obstante quacum-
que consuetudine etiam immemoriam, in-
terea verò absentes non lucrari distributio-
nes quoridianas. Ita refert Garcia de benef.
1. tomo. 3. p. c. 2. nu. 235. fol. 219.

Congregatio resp. sic. qui absentes sunt
recreationis causa, non lucrantur nisi fruc-
tus præbendarum, non autem distributio-
nes quoridianas siue sint antiquæ, siue nouæ,
nec obstat immemorialis. Ita refert Garcia
sup.

21. Immemo-
rialis.

22. Substitutus
non datur.

23. Immemo-
rialis nō re-
sidenti.

24. Habens di-
gnitates, &
Canonica-
tus.

25. Missas ca-
nere per se

26. Permissio
absentandi

27. Fundatio.

28.

29. Absentes
recreatio-
nis causa.

sup. num. 250. in 1. declarat. & Farin. ad c. 12. f. 24. de refor. vers. Reuetendissimus, fol. mibi 336. Marcilla fol. 136. vers. hoc.

30. Vacantia mensium sublata.

Congregatio resp. sic, vacantia omnes vnus, aut plurium mensium, quibus abentes distributiones percipere solebat, sublatae sunt, nisi absint ex causis à iure permisis, preterquam si dicta vacationes concessa essent fundatione, quae non est sublata, quae etiam intelliguntur sublatae, si canonicatum fructus omnes sint distributiones quotidianae. Garcia sup. nu. 250. in 2. declarat. Farin. ad c. 12. f. 24. de refor. vers. vacationes, fol. mibi 344.

31. Vacationes

Congregatio censuit sic, tempore vacationum in Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis distributiones debent esse solita. Garcia sup. d. num. 250. in 3. declarat.

32. Canonici abesse per tres menses.

An liceat Canonici Regularibus, & Portionarijs secularibus in eadem Ecclesia abesse tres menses, stante quod per eorum statuta, & consuetudines absint per quadraginta dies cum licentia? in secularibus Congregatio resp. negatiue, in Regularibus verò censuit, non comprehendit sub decreto d. c. 12. relati hic in principio: verum si causa sit rationabilis, & ad sit licentia Prioris, poterunt. De statuto verò & consuetudine Ecclesiae collegiate Canoniorum Regularium vt tam ipsi Canonici quam ipsi Portionarij, qui sunt seculares in eadem Ecclesia, singulis annis cum licentia Prioris, & Capituli per quadraginta dies possint abesse, quibus vna cum fructibus massae grossae, & distributiones quotidianas accipiant perinde, ac si diuinis interessent: Cong. in Portionarijs secularibus censuit, amittere distributiones quotidianas, quae debentur tantum illis, qui stant, & dicuntur salarium diurnum, quod laborantibus debetur, de Regularibus verò censuit, illos non comprehendit in dicto c. 12. Et quia habent seruitium continuum, si Prior eis concedit licentiam cum rationabili causa, posse abesse ac percipere. Ita refert Garcia de benef. 1. tomo 3. p. c. 2. n. 251. fol. 222. & Farin. ad Trid. f. 24. c. 12. de refor. vers. de statuto, fol. mibi 346.

33. Indultum absentandi per duos menses.

An indultum Papae tribuens vacationem duorum mensium Canonici contra fundationem Ecclesiae, intelligatur sublata per d. c. 12. relati hic in principio, in vers. (praeterea obtinentibus), dum vult, saluas esse constitutiones Ecclesiarum, quae longius seruitij tempus requirunt? Cong. resp. negatiue, cum expressse non deroget indultis, & Concilium ibi tantum reuocat constitutio-

nes, quae concedunt absentiam ultra tres menses, Et Congregatio censuit, per hoc d. c. 12. non esse derogatum priuilegijs Apostolicis. Ita Garcia sup. nu. 263. fol. 223. Farinacius ad c. 12. f. 24. vers. an indultum fol. mibi 341. Marcilla fol. 137. additio (o) & fol. 139. vers. an indultum.

Congregatio resp. sic, licet per statuta Ecclesiae concedatur Canonici per tres menses abesse, si illud per consuetudinem non fuit obseruatum, attendenda est magis consuetudo quam statutum. Ita refert Garcia de benef. 1. tomo 3. p. c. 2. n. 310. fol. 228. Marcilla fol. 137. additio (o)

Congregatio resp. sic, decretum dicti c. 12. concedit Canonici absentiam trium mensium, si constitutiones Ecclesiae seruitium totius anni requirunt. Garcia sup. nu. 312. fol. 228.

An in istis tribus mensibus à iure concessis sit assignanda causa absentiae & cum licentia sui Praelati, vel an possint potiri beneficio trium mensium nulla causa declarata sed impetrata licentia a Decano, vel Praesidente in choro, & frui quibusdam nouis distributionibus per Episcopum impositis, pro vt fruuntur in dictis tribus mensibus fructibus suarum praebendarum, cum praesentibus & interessentibus habeantur de iure? Cong. censuit, nullam assignandam esse causam 2. nullam licentiam requiri, non tamen omnes Canonicos posse abesse eodem tempore, ne Ecclesia destituatur suo debito seruitio, sed tantum eam quoram partem canonicorum, quae videbitur arbitrio Episcopi, vel capituli. 3. non posse frui dictis distributionibus, cum sint distincta a praebendis. Ita refert Garcia de benef. 1. tomo 3. p. c. 2. num. 315. fol. 228. & Farinacius ad c. 12. f. 24. vers. an illis, fol. mibi 338. & decis. 180. (adde hic declarat. 11) Marcilla fol. 138. vers. an.

An dignitates, Canonici, Portionarij, Catores, aut alij officiales possint abesse à seruitio Ecclesiae sine licentia Episcopi? Cong. censuit, non requiri licentiam Episcopi quoad dignitates, Canonici, aut Portionarij abesse volunt tempore ipsis à Concilio Trid. permisso, non tamen omnes simul abesse possunt, ne Ecclesia suo debito seruitio destituatur, quae autem pars possit simul abesse, relinquitur arbitrio Episcopi, & Capituli. De alijs, qui non sunt beneficiati & in seruiunt in Ecclesia, Concilium nihil disposuisse, sed generaliter seruandum quod Concilium mandat circa regimen debitum in diuinis officijs, f. 24. c. 12. in fine Ita refert

34. Statutum permitens abesse.

35. Per tres menses abesse.

36. An sine causa per tres menses.

Omnes Canonici ne absint.

37. Abesse portionarij catores, vel alij, vel omnes canonici.

fert Garcia sup. num. 315. fol. 228. in 2. declaratione. Farin. ad c. 12. f. 24. vers. an fol. mibi 340. & ibi in vers. de alijs, Marcilla fol. 130. vers. an.

38. Abesse in Paschate.

Congregatio censuit sic, Archiepiscopus Genuae, prouideat, ne duo menses, quos habent vacantes Canonici sui capituli, incurrant in Natale, aut Pascha Domini, aut huiusmodi maximas solemnitates. Garcia de benef. 1. tomo 3. p. c. 2. num. 316. fol. 228. Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 15. additio (g) vers. Archiepiscopus fol. 138.

39. Canonici resideant.

Congregatio resp. sic, Canonici ad continuam residentiam tenentur in Canonicatibus, nisi in alijs beneficijs eiusdem qualitatis resideant. Itē, nullū excusari à residentia licet distributiones quotidianas amittere vellit. Itē non residentes quamuis amittant tertiam partem fructuum in distributiones conuersam, compelli nihilominus posse ad residentiam alijs etiam iuris remedijs, & praesertim ex d. c. 12. f. 24. de refor. Ita refert Garcia sup. numer. 322. fol. 229. cum 29. declaratione concordat Farin. in c. 12. f. 24. vers. dignitates, fol. mibi 337.

40. Cogit resideant.

41. Non sufficit esse in ciuitate.

Decretum hoc dicti c. 12. f. 24. vers. (obtinentes) intelligendum est vt Canonici non possint abesse ab Ecclesiae suae seruitio ultra tres menses singulis annis, nihilque eis prodesse, quod in ciuitate maneant, nisi Ecclesiae debitis horis inseruiant, intelligendumque est, omnes in contrarium consuetudines per hoc decretum esse sublatae. Ita refert Garcia de benef. 1. tomo 3. p. c. 2. n. 323. in 1. declarat. fol. 229. Marcilla, fol. 138. vers. (decretum.)

42. Idem.

Cong. censuit sic, Parochiale Ecclesiã habens cu Canonicatu in parochiali residere debet, iuxta Bullam Pij V. quæ incipit, cupiẽtes, (est fol. 9. in meis motib. proprijs) & percipit fructus præbendæ, & solum eius distributiones quotidianas perdit, & si quid præterea absentes iuxta alia de causa non percipiunt. Si autem Canonicatus est in eodem loco, vbi est parochialis, potest vtrique seruire, & quotidianas distributiones percipere: si autem alter ab altero distet per leucam, aut dimidiam leucam, etiamsi canonicatus esset in cathedrali, tenetur nihilominus in parochiali residere: quod procedit non obstante quacumq; nobilitate Canonici, aut Ecclesiæ Cathedralis, etiã Metropolitanæ. Garcia sup. d. nu. 179. in 7. declar. fol. 202. Farin. sup. vers. obtinens, fol. 219. Marcilla, fol. 126. in principio.

136. Residens in curato distante a canonicatu vbi inferuire residereq; debeat.

Cong. censuit his verbis, residens in Parochiali, quæ non longe abest à collegiata: in qua Canonicatum obtinet, diebus feriabilibus ad Ecclesiã collegiatam accedere, & in ea diuinis inferuire potest, dummodo omnibus diebus, & horis suis, & congruis Parochiali inferuiat, & nihil prorsus relinquat ex debito seruitio ipsius Parochialis. Ita refert Garcia de benef. 1. tomo 3. c. 2. num. 179. fol. 203. in 8. declaratione.

137. Obtinens canonicatum & parochialem vnitam.

Cong. resp. sic, obtinens Canonicatū, cui sit vnita parochialis ad vitã obtinens tantu, tenetur in parochiale residere, si vnio facta sit ad vitã obtinens tantu. Ita refert Garcia sup. n. 179. in 13. declar. fol. 203. Farin. ad Trid. ses. 23. de refo. c. 1. vers. obtinens. fo. mihi 221.

138. In prioratu curato, vel parochiali vnita.

Cong. resp. sic, nõ tenetur residere in Prioratu curato vel parochiali, vnita tamẽ perpetuo dignitati, qui tenetur residere in Ecclesia dignitatis, sic dicendum de Canonicatibus, & alijs. Ita refert Garcia de benef. 1. to. 3. p. c. 2. n. 179. in 12. declar. fol. 203.

139. In abbatijs curam non habentibus.

Cong. resp. his verbis, in monasterijs, & Abbatijs, quæ cura, & conuentu carent, nõ est necessaria residentia. Garcia sup. d. n. 179. in 9. declar. fol. 203. Farin. ad Trid. ses. 23. c. 2. vers. in titulum, fol. mihi 122. Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 3. additio (g) & fol. 127. vers. obtinens.

140. Obtinens Prepositurã.

Cong. censuit sic, Præpositura, licet tantum sit iurisdictionalis, intelligitur tamen esse comprehensa in Bulla S. D. N. Pij V. de residentia Parochorum, quæ incipit cupiẽtes (est fol. 9. in meis motibus proprijs) Ita refert Garcia de benef. 1. tomo 3. p. cap. 2.

num.179. in 10.declarat. fol. 203. Farin. ad Trid.fes.23.c.1.verf. Prapofitum fol.mi.221

141. Vicarius a- mobilis re- fidere. Cong. fic censuit, vicarius amobilis in exercicio Cura animarū arguit, curam esse penes deputantem, & ideo ipsum teneri ad residendum. Garcia sup.d.n.179. in 11.declara- tione fol.203. Marcilla fol.132. additio(a)

142. Parochus habēs 3 pa- rochianos residere,& vbi si paro- chie sint vnita. Cong.refp.fic, Rector, seu Parochus, qui habet parochiam, intra cuius limites ad- huc habitant parochiani, tenetur in ea re- fidere, etiam si tantum essent in illa parro- chia tres, vel quatuor incolæ, & vbi fuerint duæ Ecclesiæ vnita, residendum est in di- gniori. Quod si non cōstet, quæ sit dignior? in frequentiori. Quod si vna fuerit extra, & altera intra urbem, residendum est in ea, quæ est intra. Ita refert Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2.n.179. in declarat. 14.fol.203. Marcilla fol.124. additio(1) & fol.140. verf. (parochus)

143. Si quis ha- beat duas parochias vbi resi- deat? Cong.censuit sic, si vnus populus diuida- tur, & vna pars habitet in ciuitate, & altera extra, & idem parochus ex consuetudi- ne ambas parochias obtineat, residere de- bet in ciuitate. Ita refert Garcia sup.d.n.179 in 15.declarat.fol.203.

144. De eodem. Cong.censuit sic, habens duas parrochia- les vnitas perpétuo inuicem æque principa- liter, & non vnā alteri accessorie: ambas- que pares ita vt vna non sit dignior, & prin- cipalior altera: potest in qua maluerit resi- dere. Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2.n.179. in 16.declar.

145. Si parochia- lis distet pa- rum a ciui- tate. An si parochialis tribus, aut quatuor milliariis tantum distet a ciuitate, possit in hac Rector habitare, dominicis tantum ad suam Ecclesiam accedens, & habeatur pro residente? Cong.refp. non posse. Ita re- fert Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2.n.179. in 17.declarat fol.203. & Farin. ad Trid.fes.23. c.1. verf. an si, fo.217. Marc: fo.124. additio (1)

146. Episcopus cogit ad re- sidendum. Cong.censuit his verbis, Episcopus po- test cōpellere Rectores ad residendum non obstante consuetudine residendi in loco distanti a Parochia per sex milliaria. Garcia sup.d.n.179. in 18.declarat.

147. Præbyter obtinēs pa- rochiales & fiat magis- ter gramma- tica. Cong.refp. his verbis, Præbyter obtinēs parochiales etiam a ciuitate vltra duo mil- liaria nō distatēs, nō potest deputari magi- ster Grammaticæ, & ob id a residēcia excu- sari, etiā si velit singulis diebus festiuis par- rochiali interesse. Ita refert Garcia sup. d.n. 179. in declarat. 19. Farin. ad Trid. fes.5.p.4. verf.grammaticam fol. mibi 117.

148. Cong.censuit sic, licet Ecclesia Parrochia- lis sit in loco vbi minor pars Parrochiano- rum inhabitat, & maior pars habitat lon-

ge in oppidis, nihilominus parochus habi- tare tenetur prope Ecclesiam in ciuitate, sed succurrendū est eis, qui longe habitant secundū loci antiquā consuetudinē per c.4. fes.21. de refor. Ita refert Gar. de benefi. 1. to- mo 3.p.c.2.n.179. in 20.declarat. fol.203.

149. An in do- mo Paro- chialis, vel alibi. Cong.censuit, Rectores Parochialium de- bere residere in domo ipsarum Parochialiū, quod si parochiales nō habēt domos, tūc in alia domo, quæ sit intra limites Parochiæ, aut saltem ita vicina parochiali Ecclesiæ, vt inde commode possint per se ipsos ei in- seruire. Ita refert Garcia sup.d.n.179. in de- clarat. 21.

150. De eodem. Cong.censuit, Parochum cogendū esse habitare in domo Ecclesiæ, vel si Ecclesia non habeat eam, in propinquiori intra li- mites Parochiæ. Quod si non habitauerit, non teneri ad restitutionem fructuum, de quibus in Trid.fes.23.c.1. de refo. Ita refert. Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2.n.179. in 22. declaratione.

151. Quo ad resi- dentiā cui decreto at- tendendū. Cong.refp. sic, in his, quæ pertinent ad re- sidentiam: seruandum est c.1.fes.23. de re- for. & in reliquis, si non possunt seruari de- creta Tridentini prædicti: id agendum est, quod commodius, & melius potest, & qui non habet domum propriam in loco, vbi residere tenetur, aliquam cōducere debet, vbi verò populus non potest victum suo Curato subministrare: Ordinarius ea obser- uare debet, quæ habentur in c.3. fes.24. de refor. Et in casu, quo iura disponunt, nō de- cet pro iuris declaratione ad Papam recur- rere. Ita refert Garcia sup.d.n.179. in 24. de- claratione fol. 203. Marcilla fol. 129. verf. (quando)

152. Si in domo parochialis habitare non possit parochus, vbi reside- dere debeat. Cong. si, resp. Parochus non habens com- modam habitationē in parochiali, fuit dis- pensatus, vt degerē posset in loco vicino, dummodò prope Ecclesiam substitutus eius habitet, aliquando hæc facultas ea de causa concessa fuit sine illa conditione (quod sub- stitutus prope Ecclesiam habitet. Ita refert Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2.n.179. in 25. de- clar. fol. 203. Marcilla lib.1. tit.9.c.15. fol. 129. verf. parochus, & verf. aliquando.

153. Episcopus cognoscit de causa ab- sentia. Cong. sic censuit, dicta in v. rf. (causa prius per Episcopū cognita) de quo in Trid.fes.23.c. 1. de refor. cōmittitur Episcopo, qui execu- tionem demādet etiā in Ecclesijs parochiali- bus, quarum collatio ad inferiores spectat etiam si inferiores essent Abbates Regula- res. Ita refert Garcia sup. num. 179. in 2. de- claratione fol. 204. Farinacius ad Trid.fes.23. c.1. verf. causa fol. mibi 218. & Marcilla fol. 125. additio (in)

Cong.

154. Episcopus cogit Paro- chum ad re- sidendum. Cong. sic, resp. Episcopus ad residentiam cogere potest Rectorem, licet eius Eccle- sia parochialis pertineat ad inferioris col- lationem, etiam Abbatis Regularis. Garcia sup.d.num.179. in 27.declarat fol.204. Mar- cilla fol.108. additio(residere) & lib.1.ti.9.c. 11. additio(1) fo.124. & fol.132. additio(u) Fa- rin. ad fes.23.c.1. verf. liberum, fol. 227.

155. Parochus nec per bi- mestre ab- esse potest & hoc res- tringens va- let. Cong.refp. Parochos vltra bimestre, nec per bimestre tempus abesse non posse sine licentia Episcopi, & valere constitutionem Episcopi, ne parochi possint abesse vltra duos dies sine licentia. Ita refert Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2. numer.23. in 1. declara- tione fol.180. & 2. tomo 9.p.c.2. numer. 295. in 2. dubio folio 147. Marcilla fol.130. verf. Congregatio.

156. Episcopus prohibet ne parochus vltra bi- duum absit. Cong. sic, resp. Episcopus potest prohibere parochis sub pœna pecuniaria arbitra- ria: quæ tamen dimidiam non excedat, ne vltra biduum a sua Ecclesia possint abesse, non tamen id prohibere potest sub pœna excommunicationis late sententia. Ita re- fert Garcia sup.d.n.23. in 2.declarat fol.180. Farin. ad Trid.fes.23. de refor. c.1. verf. per cē- suras, fo. mibi 227. & ver. quod, fo. 228. Mar- cilla fol.132. verf. Episcopus.

157. Nec per he- bdomadam abesse po- test. Cong. sic, resp. non potest parochus per hebdomadam abesse non petita, vel non obrepta licentia, etiam relicto vicario ido- neo ab ipso Ordinario approbato. Ita re- fert Garcia sup.d.n.23. in 3.declarat.

158. Absens a- mittit fruc- tus nec da- tur compo- sitio horū. Cong.censuit sic, fructus amittuntur dū- taxat pro rata illius temporis, quò quis abest sine licentia, nec potest componi res- titutio debita fructuum male perceptorum obtinentibus Bullam cruciatæ, vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum ob- tentarum per Concilium. Ita refert Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2.n.26. fol. 180.

159. Absens pa- rochus ref- tituit fruc- tus. Cong.refp. Curatum inferiore, qui vl- tra duos menses absuit a sua residentia, posse, & debere cogi per Episcopum ad res- titutionem fructuum pro rata temporis absentia iuxta c.1. fes.23. de refor. nec ad eam rem requiri citationem, vel monitio- nem. Ita refert Garcia sup. numer. 27. fo- lio 180.

160. Fructus ab- sentis cui applicari? Cong. censuit, Episcopum Ordinarium debere applicare fructus non residentium, de quibus in fes.23.c.1. de refor. fabricæ Ec- clesiæ parochialis, etiam si non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ potest tamen in dies indigere saltim quoad ornamenta. Ita refert Garcia de be- nefi.1. tomo 3.p.c.2. numer.31. folio 181. Cui de iure com? Rebus in praxi lib. 2. de residen-

do numer. 9. folio 458.

An Episcopus procedens per subtrac- tionem aduersus parochos non residentes iuxta Trident. teneatur obseruare eadem interualla, eandemque rationem, quæ con- tra Episcopos non residentes statuit. c.1. fes.6? Congregatio resp. teneri quoties in pœnam omiffæ residentia vult sub- trahere partem fructuum, quos suos fecerunt, non verò teneri obseruare eadem interualla in executione faciēda super illis fructibus, quos Parochi pro rata tempo- ris absentia quos non fecerunt. Ita refert Ni- colaus. Garcia sup.n.32. fo.181. Farin. ad Trid. fes.23.c.1. verf. an Episcopus, fol. mibi 219. Marcilla fol.132. verf. an,

Cong.censuit Solam distantiam loci etiā cū necessitate eò discedendi non excusare Parochum, vt possit abesse a sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi talis repente se offerat, quæ non patiat dilla- tionem huiusmodi licentiam petendi: quo casu quàm primū dediscessit, & necessita- te Ordinarium faciendum certiore esse, vt de causa cognoscere possit. Ita refert Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2.n.34. in 1. de- clar. fol. 181.

Cong. censuit sic, non est liber a culpa, & a pœna amissionis fructuum, qui veluti Ex causa per quatuor mensium spatium ex ingenti admodum causa ad curandam suam vale- tudinem morbo graui instante, pro huius- modi absentia non petit licentiam ab Epif- copo, qui bona fide putauit, euentiam causæ satis esse, nisi periculum esset in mora petendi licentiam. Garcia sup. num. 34. in 2. declarat.

Cong.censuit, licentiā, quam parochus abesse volens petere debet ab Episcopo, non sufficere tacitam: sed oportere, quod sit expressa. Garcia sup.n.35. fol.181.

Cong.refp. sic, nec parochus habens ius- tam causam abeundi extra parochiam per duos menses, aut tres, satisfaciēt suæ cons- cientiæ, si petat licentiam: iurans, se grauem habere causam, quam non expediat, mani- festare, vt sic petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat. Similiter ab- esse non potest in casu, quò causam rationa- bilem expresserit, quam vir bonus, & equus rationabilem iudicaret, sed rigidus Præla- tus minus æquam iudicat, & licentiam de- negat, vel quia mouetur suspitione, quod ficta sit, cum tamen sit vera: sed habere potest recursum ad Superiorem. Ita refert Garcia de benefi.1. tomo 3.p.c.2. numer. 37. fol.182.



166. Absente in visitatione vel in alio seruitio suo diocesis ultra duos menses. Cong. censuit his verbis: Episcopus non potest uti opera Parochi in visitatione, vel in alio seruitio suae diocesis, nisi pro tempore duorum mensium, & tunc pro tempore idoneus vicarius deputetur. Ita refert Garcia sup. n. 42. fol. 182. in 1. declarat. Farin. ad Trid. ses. 23. de refor. c. 1. vers. episcopus, fol. mibi 226. Marcilla fol. 130. vers. Episcopus.

167. Nec causa negotiorum Episcopi, vel cathedralis: nec cum licentia. Cong. censuit, non licere Episcopo suorum, vel etiam cathedralis Ecclesiae negotiorum causa permittere, ut Curati extra ipsorum curam maneant, vel etiam constituto vicario idoneo. Garcia sup. num. 42. in 2. declaratione, fol. 182. Farin. ad Trid. ses. 23. c. 1. vers. de curatis, fol. mibi 215 (adde declar. 196. hic.)

168. A residentia non excusatur officium subcollectoris, licentia, de factis officium Inquisitionis, nec reservatio maioris partis fructuum sed sic negotia publica. Cong. censuit sic, non excusatur a residentia officium Subcollectoris Apostolici: nec licentia super ipsa Parochiali: nec concessa ab Episcopo, cum ipsam concedere nequeat, negotia tamen publica loci excusant ad tempus, si legitime doctum sit de mandato, nec excusatur Rector a residentia ob defectum, nec si habet officium Inquisitionis, & licet maior pars fructuum sit alteri reservata non excusatur possessor a residentia. Ita refert Garcia de benef. 1. tomo 3. p. c. 2. m. 42. in 3. declar. Farin. ad Trid. ses. 23. de refor. c. 1. vers. abesse, fol. mibi 221. Marcilla fol. 127. additio (n)

169. Pro opere pio abesse. Cong. resp. his verbis, quandoque Episcopus dispensavit in residentia per aliquod tempus, ut puta octo mensium, relicto tamen idoneo vicario in Parochiali, ut Rector alicui operi pio vacare possit, verbi gratia fabricae monasterij. Ita refert Garcia sup. n. 42. in 4. declarat. fol. 182. Marcilla li. 1. tit. c. 15. additio (n) vers. quando, fol. 129

170. Parochi etiam seruiunt in cathedralibus. Cong. censuit, Parochos comprehendere sub decreto dicti capit. 1. ses. 23. de refor. (ubi de eorum residentia agitur) etiam si in alijs beneficijs seruiant, etiam in Cathedralibus. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 23. de refor. c. 1. vers. neque, fol. mibi 215.

171. Capellani residere, vel dispensari cum eis, vel teneantur examinari. An capellani coadiutores Rectorum Parochialium cum capellanis perpetuis institutis auctoritate Apostolica teneantur ad personalem residentiam, ut Rectores ipsi? Cong. resp. teneri, & eos dumtaxat excipi, qui ex institutione possunt per alium seruire, vel quibus nulla expressa residentiae personalis obligatio iniuncta est, unde & Ordinarius tenetur eos cogere, sicut ipsos Rectores, nec potest cum aliquo huiusmodi dispensare quoad residentiam, nisi ut cum Rectoribus Episcopus potest, eodemque iure examinari tenentur, quo Rectores ad Parochiales ex c. 18. ses. 24. Ita refert Farin. sup. vers. de curatis, fol. 215. Marcilla fol. 124. additio (et)

172. Vel coadiutores. Cong. censuit: sub decreto de residendo habentes beneficia curata, de quo in Trid. ses. 23. c. 1. vers. eadem omnino, comprahendi illos, qui sunt coadiutores in cura animarum. Ita refert Farinacius, ad Trid. d. c. 1. vers. qui beneficium, fo. mi. 217 (adde n. 179)

173. Habens curatum iuris diuisionale vel commendatarij. Cong. censuit, habentes beneficium curam animarum habens iurisdictionale teneri residere, & sacris initiari, extranag. excrabilis, de prebendis, & idem intelligi de commendatarijs, per omniaque aequatas esse commendas titulis. Ita refert Farin. ad Trid. sup. vers. quod si, fol. mibi 216. Marcilla, lib. 1. tit. 9. c. 12. additio, p. fol. 131.

174. Ante concilium obtineus parochiale, & canonicatum residere, vel lucrari distribui. Cong. censuit sic, obtineus legitime ante Concilij Trid. confirmationem parochiale Ecclesiam, & Canonicatum, non est cogendus alterutrum resignare, dummodo in parochiali Ecclesia resideat, fructusque canonicatus percipiat, & amittat tantum quotidianas distributiones, atque illas, quas absentes iustis de causis non percipiunt, qui tamen si statutis horis in ipso Canonicatu etiam resideat, ut illi inseruiat, tunc quotidianas distributiones consequatur. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 23. c. 1. vers. obtineus, fol. mibi 216. & Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 11. ad ditio curam, fol. mibi 124.

175. Parochus secretarius, vel vicarius foraneus abesse. An si Episcopus iudicauerit expedire, uti opera alicuius Curati pro secretario, vel pro vicario foraneo, possit abesse, vel excussetur a residentia, dummodo cura suae Ecclesiae diligentur exerceatur? Cong. resp. non posse. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 23. c. 1. vers. an si Episcopus, fol. mibi 218. Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 11. vers. an si fol. 126

176. Parochiale & canonicatum habes residere, lucrari distributiones. Cong. censuit hoc modo, illi, qui in eadem ciuitate parochiale, & canonicatum in cathedrali, vel collegiata obtinent, utruq; retinere possunt, modo resideant in parochiali, nulliq; eius officio necessario desint, qui si possint debitis horis canonicatu inseruire: percipere debent omnes fructus, & commoda, quae sunt illi muneris attributa, si vero inseruire nequeant, distributiones tantum eorum dierum, quibus non in sunt, amittant, neque alio damno affici possunt. Ita refert Farin. sup. vers. illi, fo. mi. 219. Marc. fo. 126. vers. illi, qui (adde decl. 58. 65. 135. 177. 197.)

177. Habens parochiale, & canonicatum magistrale. Cong. resp. sic, obtineus Parochiale, & canonicatum praebendae Magistralis cum dispensatione ante Concilium Tridentinum legitime obtenta, teneatur in Parochiali residere, atq; in magistrali comenda idoneum virum

virum substituere debet; qui sacra scriptura interpretandae munus obeat. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 23. c. 1. de refor. vers. obtineus, el 2. fol. mibi 220. (adde declar. 14. 58. 65. 86. 135. 176. 197.)

178. Habens baptismale resi deat ut coadiutor. An obtineus Ecclesiam Baptismalem, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & existentes sub cura Archiepiscopi teneatur ad residentiam, praesupposito quod in Ecclesia Archiepiscopi praeter baptismum caetera sacramenta administret? Congregatio die 21. Iunij 1587 censuit, teneri ad residentiam ad minus tamquam coadiutorem Ecclesiae Parochialis. Ita Farin. sup. vers. an obtineus, fol. mibi 220.

179. Coadiutores resideat. Cong. sic censuit, etiam perpetui coadiutores residere tenentur, sicut veri Curati, etiam si in alijs beneficijs inseruirent, etiam in cathedralibus. Ita refert Farin. sup. vers. etiam, fol. mibi 221. Marc. fol. 127. vers. etiam.

180. Intemperies excusat a residentia. Cong. censuit sic, intemperies aeris cum Ordinarij consensu excusatur a residentia. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 23. de reform. c. 1. vers. intemperies, fol. 222. & Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 15. additio (n) vers. intemperies.

181. Habens inimicitias cum domino loci. Cong. sic resp. Praesbytero habenti inimicitias cum Domino loci, ubi situm est beneficium, Episcopus debet, si non potest eos reconciliare, dare aliud beneficium extra territorium, & iurisdictionem illius Domini, vel permittere eidem praesbytero, ut abesse possit a beneficio, constituto tamen vicario idoneo cum assignatione equae portiois fructuum beneficijs, qui ei inseruiat donec causa inimicitiarum inter eos desierit. Ita refert Farin. sup. vers. praesbytero, fol. mibi 223. Marcilla sup. vers. praesbytero, fol. 128.

182. Inimicitiae excusant. Cong. sic resp. ob inimicitias excusatur quis a residentia, & dantur literae Ordinarij, ut cognoscat, si sunt verae, & graues inimicitiae, quae narrantur, & absque ipsius culpa, ac postquam obtinuit ordinarie illud beneficium, exortae, & det ei dilationem, ut in alio viciniori, & tutiori loco manere possit, durantibus tamen dumtaxat inimicitijs, dum non ultra vnum annum durent, interea autem idoneum vicarium in illa Ecclesia constituat, assignata ei congrua portione ex redditibus ipsius Ecclesiae. Quod si esset canonicus, & fructus consisterent in distributionibus quotidianis, illas canonicus lucrabitur, deducta tamen tertia parte pro deseruientibus. Ita refert Farin. sup. vers. ob ditio (c) fol. 174. Marcilla fol. 128.

183. De eodem. Cong. censuit sic, habens graues inimicitias in sua Parochiali durantibus his potest de licentia Episcopi ab ea per annum abesse, & interim Ordinarius debet constituere vicarium mercede congruenti, ex eius fructibus illi assignata, qui dictae parochiali inseruiat. Item he, graues inimicitiae sunt legitima causa, propter quas quis residere non tenetur in parochiali, debet tamen in Parochus per alium ab Ordinario approbatum, assignata illi ex fructibus mercede Ordinarij eiusdem arbitrio taxata, inseruire. Ita hac refert Farinacius ad Trid. ses. 23. de refor. c. 1. vers. habens, & vers. graues, fol. mibi 244. Marcilla fol. 129.

184. De eodem. Cong. censuit is verbis. Qui finitima vbi beneficia obtinent, si domum non habent, vbi habitent, conducant habitacionis locum. Ita refert Farin. sup. vers. qui finitima, fol. mibi 225.

185. Si finitima vbi beneficia obtineas, vbi resideas? Cong. censuit sic, Parochus, qui non vult in sua parochiali residere, debet ea seruato iuris ordine priuari. Ita refert Farin. ad Trid. ses. 23. de refor. c. 1. vers. parochus, fo. mi. 228.

186. Parochus nollens residere, priuetur. Cong. resp. sic, postulantibus Equitibus Hierosolimitanis, ut Capellani Melitae commorantes confesores Equitum: & habitantes in alijs locis parochias in Italia, permittendum esse, ut non resideant ad annum, qui vero habent in alijs Prouincijs, ad decem, & octo menses. Ita refert Farinacius ad Trid. ses. 23. de refor. c. 1. vers. postulantibus, fol. mibi 228. Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 12. additio a fol. 132.

187. Hierosolimitani capellani residere. Cong. censuit sic, Episcopus licentiam dare debet Priori petenti, ut per quatuor menses a suo Prioratu abesse possit in loco comodiore valetudinis suae curandae causa. Ita refert Farinacius sup. vers. Episcopus, fol. mibi 228. Marcilla fol. 122. additio (a)

188. Episcopus det licentiam absentandi per 4 menses infra 10. Cong. sic censuit, Gratia de non residentia a S. D. N. obtenta, & de percipiendo fructus ratione studij, non valet nisi & Ordinarij consensus accedat per motum proprium Pij 4. de anno 1564. die 24. Nouembris. Ita refert Farin. sup. vers. gratia, fol. mibi 229 (is motus proprius est in meo Tridentinarij. dentino a fol. 416) Marc. fol. 133. in principio.

189. Gratia de non residentia ratione studij, non valet sine consensu Ordinarij. An si parochialis tribus, aut quatuor miliaribus tantum distet a ciuitate, possit in hac Rector habitare, dominicis diebus tantum ad suam Ecclesiam accedens, & habeatur pro residente? Cong. censuit non posse. Ita Marc. li. 1. tit. 9. c. 11. addi. (1) vers. an si, fo. 124. Farin. ad Trid. ses. 23. c. 1. de ref. ver. an, fo. 217.

190. Residere in ciuitate distante a parochiale. An propter intemperiem aeris relicto vbi Vicario approbato, parochus non in relictio vica resp. non posse: si tamen Rector infirmus esset



esset, & in loco parochialis curari non potest defectu medicorum, medicinarumue: posse ab Ordinario dari ei dilatione triu, vel quatuor mensium, vt in locis viciniorebus maneat sanitatis recuperande causa, posito interea ab ipso Ordinario in parochiali vicario cu congrua portione ex redditibus parochialis. Idemq; sentiendu esse de illis, qui sunt coadiutores in cura animarum. Ita refert Marcilla sup. fol. 125. in principio, Farin. sup. vers. an propter, fol. 217. & vers. qui fol. 217. & vers. si Rector fol. 223.

192. De eodem. Cong. resp. sic, habens parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitime instituit obtinuit, eo viuente residere non tenetur. Ita refert Marcilla sup. fol. 125. vers. habens, & Farin. sup. vers. habens, fol. 217. adde declar. 136. hic.

194. Sancti Benedicti. Fuit olim monasterium insigne sancti Benedicti in loco Capestri: quod ad praesens caret conuentu, & est commendatum in quodam Castro fere per vnum miliare distans a parochiali, cuius cura fuit semper solita exerceri per Deputatos ab Abbate, seu Commendatario pro tempore: habetque etiam collationem nonnullorum beneficiorum curatorum existentium in alienis diocessibus. Et homines dicti Castri veniunt diebus festis ad audiendam missam, & diuina officia ad Ecclesiam dicti monasterij, qua celebratur per eosdem haeredes deputatos, Quiritur, an dictus Commendatarius teneatur ad residendum, & sacros ordines accipiendos? Cong. resp. teneri. Ita Marcilla, fo 125. vers. fuit, & Farin. sup. vers. fuit fol 217.

195. Ad colligendam. Cong. sic, resp. residens in parochiali, qua non longe abest a collegiata, in qua Canonicatum obtinet: diebus feriatis ad Ecclesiam collegiatam accedere: & in ea diuinis inferuire potest, modo in omnibus diebus, & horis suis debitis, & congruis parochiali inferuiat: & nihil prorsus relinquat ex debito seruitio ipsius parochialis. Ita refert Marcilla fol. 126. vers. residens, & Farin. sup. fol. 219. vers. residens.

196. Pro seruitio. An Episcopo liceat pro Cathedralis Ecclesiae seruitio, & etiam suo aliquem ex Curatis suae diocesis ex ipsorum Ecclesijs, constituto in illo idoneo vicario, ad certa negotia adhibere: qui quando in huiusmodi sint seruitio, a suis Ecclesijs minime abesse censeatur? Cong. resp. non licere. Ita refert. Farinacius ad Trid. ses. 23. c. 1. de refor. vers. an Episcopo, fol. mibi 216. Marcilla sup. fol. 125. vers. an Episcopo, & fol. 124. vers. non licet (adde declar. 167. hic) Fuit ta-

men quis dispensatus a residentia in sua parochiali ad tempus a S. D. N. donec instruetur alium canonicum denegotijs illius capituli, in quo ipse erat Canonicus, vt ea tractaret. Ita refert Marcilla folio 130. vers. fuit, Farinacius sup. vers. fuit, folio 225.

Congregatio sic censuit, obtinentes canonicatum & parochialem quocumque in loco sit, in parochiale residere tenentur: nec ob hoc est priuandus canonicatus: sed solum eius quotidianas distributiones perdit, & si quid praeterea absentes iusta aliqua de causa non percipiunt. Ita refert Marcilla fo. 126. vers. obtinentes, Farin. sup. vers. obtinentes, fol. 219.

Congregatio sic censuit, pena Parochi, non residentis posita in Tridentin. sel. 23. de refor. capit. 1. ibi aut pauperibus locis erogare, habet etiam locum in Curatis inferioribus, ita vt Episcopus debet compellere Parochum, qui per biennium non residet, licet postmodum resideat, ad restituendos fructus illius temporis: quo absens stetit, quamuis ad residendum nec per edictum quidem monitus fuerit. Ita refert Marcilla sup. c. 10. fol. 123. Farinacius sup. fol. 215. vers. aut.

Cong sic censuit, in arbitrio est Episcopi, qua via, & quo remedio ex positis in Trid. d. c. 1. vti vullerit contra non residentes. Ita refert Farin. d. c. 1. vers. etiam, fol. 228 Marcilla fol. 132. additio (r)

An creati auctoritate sedis Apostolicae, ex fructibus parochialis eum congrua portione duobus perpetuis coadiutoribus in cura possint seruire per substitutos, vel possint ab Ordinario cogi ad residentiam? Cong. resp. Episcopu ex decreto d. c. 1. sel. 23. de refor. posse eos cogere ad residentiam & exercendam curam personaliter. Ita refert Marcilla lib. 1. tit. 9. c. 11. vers. an creatis, fol. 130. Farinacius ad, d. c. 1. vers. an creatis, fol. mibi 225.

Cong. sic censuit, non sunt denegandae literae commendatitiae ab Episcopo sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia in titulum requirementia residentiam. Ita refert Farinac. sup. vers. (non obtineat) fo. 226 ¶ Item & censuit sic, per Trid. sel. 6. c. 2. de refor. ibi expediens videbitur, non datur facultas Ordinarijs dispensandi a residentia ex quavis ratione. Ita refert. Marcilla, fol. 108. additio (i)

197. Obtinentes Canonica tum, & parochialem, (adde declar. 58. 65. 176. 177.)

198.

199. Qualiter procedatur contra non residentes.

200. Quid si sint creati per Papam.

201. Literae commendatitiae dari beneficiatis non residentibus. Ex quavis ratione Episcopus non dispensata relinquitur.

Sed

Sed vtrum habentes Beneficia simplicia debeant in eis residere?

tit. dispensatio de non residendo a fol. 456. vsque ad. 466. Garcia de Benefi. 1. tom. 3. p. c. 2. a n. 1. fol. 177. vsque ad n. 577.

Ad lib. 2 tit. 23. l. 3. de Medicis.

202. Decla ratio. AD quod Cong. resp. sic, Episcopus non potest cogere obtinentes beneficia simplicia, aliquod personale seruitium suis beneficijs impendere, cum ex antiquissima totius Ecclesiae consuetudine non nisi ad officium recitandum teneantur. Ita refert Garcia de Beneficijs. 1. tom. 3. p. c. 2. n. 9. in. 1. declar. fol. 178. Farinacius ad Trid. ses. 5. vers. Episcopus, fol. mibi 122. Marzilla lib. 1. tit. 9. c. 3. vers. Episcopus, el. 1. fol. 108.

203. Cong. censuit sic, obtinens beneficium, quod sit simplex, & sine cura animarum, & extra Ecclesiam Collegiatam: nec personale residentiam ob aliam causam requirens, non tenetur in eo residere. Sed ad inseruendum illi per alium, qui approbatus sit ab Ordinario. Nec fuit mens Pij V. in Bulla de residendo edita. 8. Iulij 1569. incipi. cupientes, cogere habentes beneficia simplicia, in eis residere. Ita Garcia sup. d. n. 9. in. 2. & 3. declarat. fol. 178. (haec Bulla est fol. 91. in meis motibus proprijs.) Marzilla lib. 1. tit. 9. c. 13. additio, m, fol. 136.

205. Nec Episcopus cogere. Cong. resp. sic, Episcopus non potest cogere aliquem in beneficio simplici residere. Farinacius ad Trid. ses. 5. c. 12. vers. Episcopus, fol. mibi, 122. Marzilla sup. vers. Episcopus, el. 2. Sed & obtinens beneficium, licet id sit titulus alicuius Sancti, dummodo sit simplex, non tenetur in eo residere, nec ad residendum eum cogere potest Episcopus. Ita Garcia de Benefi. 1. tom. 3. p. c. 2. n. 9. in 4. & 5. declarat. fol. 178. Farin. sup. vers. personale, fol. mibi, 122. Marzilla lib. 1. tit. 9. c. 3. additio, f, fol. 107.

206. De eodem. Cong. censuit. Nihil innouandum in beneficijs simplicibus, qua etiam clericatus nuncupantur in Ecclesijs Parochialibus, vel alibi constitutis, quorum fructibus possessores gaudent, nullum seruitium nec per se nec per substitutos praestando: vt possint cogi, vel per se ipsos, vel per substitutos inferuire: si tanto tempore possessores non sunt coacti ad aliquid istoru, nec apparet, quod ad certum sint obligati, satis si dicunt horas Canonicas. Ita refert Garcia sup. d. n. 9. in. 6. declarat. fol. 178.

De iure communi. De ista residentia Praelatorum, Curatorum, & aliorum, de iure communi bene. Salcedo in praxi. c. 53. incipit, (in nullo beneficio resident), fol. 169. Rebus. in praxi lib. 2.

Num. 1. IN Regno Neapolitano quid requiratur ad hoc, vt quis sit Medicus? lib. 3. tit. 44. constit. illius Regni.

Num. 2. Medicus si promissit curare tibi infirmitatem ob tale salarium, curauit te: sed reuerfa est eadem infirmitas: an debeas ei dictum salarium? respondeo, si ex noua causa reuerfa est: debebis ei totum salarium, sed si non fuit curata, sed cessauit aliquo modo non debebis ei id. Si vero dubitatur, & infirmitas reuerfa est incontinenti, vel intra paucos dies: non debebis id. Si ex intervallo reuerfa est, debebis totum ei. Ita distinguit Bart. in. l. Martius, num. 4. & ibi Castro. ff. locati.

Num. 3. Medicus dicitur qui alicui parti corporis medicinam praebet. Bart. in. l. 1. n. 2. de var. & extraord. cog. Et medicus negligens in arte sua, dicitur esse in lata culpa. Bart. in l. quod Nerua. n. 17. & 18. ff. depositi. Felinus in. c. tua nos. n. 1. de homicidio, vbi quod & in foro conscientiae tenebitur ad restitutionem damni ob eius imperitiam secuti.

Num. 4. Medicus Principis habet dignitatem. Bart. in. l. vnica. n. 1. C. de com. & archia lib. 12. & medicus, qui vadit ad aliquem infirmum pro tanto salario in die: habebit salarium tempore itineris. Bart. in. l. quo victu. n. 2. ff. de oper. libert. Felinus sup. n. 1. vers. Item, fol. mibi. 255.

Num. 5. Medicus non conuentuatus, dicitur medicus. Bart. in. l. sciendum. n. 2. ff. de aedilitio edicto. Medicusq; causa legitima substitente reprobat. Bart. in. l. fed & reprobari. n. 1. de excuss. tut. etiam si sit semel approbatus. d. l. reprobari.

Num. 6. Medici miseri ad inspicienda vulnera, debent iurare. Bart. in. l. 1. n. 2. ff. de ventre inspi. medicisq; possunt decuriones, siue iurati constituere salarium de bonis Reipublicae. Bart. in. l. 1. n. 1. de decretis ab ord. Abendan. de exeq. 2. p. c. 10. n. 8. fol. mibi. 166. per. l. ambitiosa. §. si. de decretis, vbi n. 9. quod & requiretur vicinorum consensus.

Num. 7. Medici sicut a reliquis muneribus sunt immunes siue exempti: ita & a tutela, & cura habent requiem. l. si duas. §. 6. Grammatici, de excus. tut. Medicus si est salariatus

P 5 (licet



Si infirmus moriatur potest eius heres iuum salarium petere. Abend. sup. num. 9. fol. 167.

Medici præsumuntur esse in loco insigni, non verò factores idonei. Bart. in l. idemq; erit. n. 3. ff. pro socio. Nec debent recipere ab infirmis promissionem, & si recipiant eam, erit nulla. Bart. in l. archiatri. n. 1. C. de profess. & medicis lib. 10.

Minores ciuitates possunt quinq; medicos immunes habere, maiores ciuitates, septem medicos, maxime ciuitates decem. l. si duas. §. minores, de excus. tut.

Peccat medicus dando medicinam, quando dubitat, an infirmus ex ea moriatur, vel non? sed potius committat eum iudicio Dei. Felinus in c. tua, nos. n. 1. vers. postremo, de homicidio.

Medico incidenti non imputatur mors incisi secuta ob infirmi pusillanimitatem, quod in dubio præsumitur. Felinus sup. n. 1. vers. Item peccat. Et medicus de publico salariatus non debet quod recipere ab infirmis etiam sponte dantibus. Felinus sup. vers. Item peccat. Et medicina non derogat nobilitati. Tiraq. de nobil. c. 31. n. 484. fol. mihi. 197. medico præfertur Iurisperitus. Tiraq. sup. n. 345. & 346. Casan. in Cath. 10. p. confid. 25. fol. mihi. 194.

Tenor autem motus Proprij loquentis de medicis est talis.

Pius Papa Quintus, ad perpetuam rei memoriam.

Motus Proprius demedicis, quod faciant, vt infirmis confiteatur peccata sua.

Supra gregem Dominicum nostra vigilantiâ diuinitus creditum vigilis speculatoris pro vt nobis desuper conceditur, exercentes officium ad ea per quæ animarum salutem cum diuini nominis gloriam consuli valeat. libenter intendimus, vt Christi fideles post Baptismum in peccata lapsi, per Sacramentum penitentiæ Deo reconciliantur. Sanè cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino laquido, quem sanauerat. Vnde, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat. Ac propterea prouide. Felic. recor. Innocentius 3. prædecessor noster medicis præcepit in c. cum infirmitas. 13. de penitentis & remissi. vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit: ipsos ante omnia moneant, vt animarum medicos vocent: ne cum eis hoc in extrema ægritudine constitutus suadetur, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutare præceptum nulla temporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari: consti-

tutionem præfatam auctoritate Apostolica tenore præsentium inuouamus, & hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus, & decernimus, quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint: ipsos ante omnia moneant, vt idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum S. R. E. confiteantur: neq; tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationalem causam, (super quo eius conscientiam oneramus) conceperit, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi, vt præmittitur, peccata sua confessi fuerint. Coniunctos verò, ac omnes familiares, & domesticos infirmi in Domino rogamus, & monemus, vt de infirmitate Parochum certiorrem faciant, ac tam Parochus quam coniuncti, & familiares præfati infirmum ad confessionem peccatorum suadeant, & inducant.

Quod si quis medicorum præmissa non obserauerit, ultra penas in dicta constitutione contentas, (quas incurrere declaramus) perpetuo sint infames, & gradu medicina, quo insigniti erant, omnino priuentur, & à Collegio, seu Vniuersitate medicorum eiciantur: ac pena etiam pecuniaria arbitrio Ordinariorum, vbi deliquerint, mulcentur. Et vt hæc omnia inuoluntate obseruentur, volumus & eadem auctoritate præcipimus, & mandamus, vt nullus post hæc vbiq; locorum in medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quouis Collegio, & vniuersitate concedatur, nisi omnia in præsentis nostra constitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico, & testibus obseruare in eorum manibus, vel Ordinarij iurauerint, & de huiusmodi iuramento in priuilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat.

Quod si Collegia, & Vniuersitate præfate non recepto à promouendis iuramento huiusmodi eosdem ad gradum prædictum promouerint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint: penam priuationis facultatis aliàs vltorius doctorandi incurrant: mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diocesis proprijs præsentibus nostras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictum à medicis iam promouitis, seu licentiam medendi habentibus omnibus iuris remedijs exigant, neq; aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diocesis prædictis admittant, nisi eis constiterit, eosdem iuramentum huiusmodi præstitisse. Et contumaces, & iurare, ac iuramentum huiusmodi iam præstitum exhibere recusantes, gradu medicina, & omnibus

Dispositiua vt medi infirmos confiteri peccata.

Pæna contra medicos non seruantes.

Iurent seruare.

Aliàs Vniuersitates ne graduent illos.

Pæna recusantis iurare.

bus priuilegijs eisdem medicis tam cõiunctim, quam diuissim eis, & eorum cuilibet concessis per quosuis etiam Romanos Pontifices, priuent, ac ab ingressu Ecclesiæ arceant, donec resipuerint. Non obstantibus præmissis, priuilegijs, indultis, literis Apostolicis quibusuis personis, Collegio, & Vniuersitati sub quibusuis verborum formis & tenoribus concessis.

Quæ omnia quoad effectum validitatis constitutionis nostræ tantum reuocamus, cassamus, & annullamus. Et omnes Principes seculares, ac alios Dominos, & magistratus temporales rogamus, requirimus & obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi eisdem in remissionem peccatorum nihilominus iniungentes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis assistant & suum fauorem, & auxilium præstent, ac contrasacientes penis etiam temporalibus afficiant. Volumus autem quod præsentibus literis in Cancellaria & acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extraneas perpetuo valituras conscribantur.

Et quia difficile foret, præsentibus ad singula quaq; loca deferri, volumus ac etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati muniti eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibite, vel ostensa. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 8. Martij. 1566. Pontificatus nostri anno primo.

Hic motus proprius est in meis motibus proprijs fol. 11. circa finem. Con este motu proprio concordat el c. 16. del folio. 146. de las Sinodales del Obispado de Nauarra, y el Iten. 5. de la Prouision acordada de Don Antonio de Benegas, Obispo que fue de Nauarra, de 26. de Hebrero de 1608.

Auxilium dent potestates seculares.

Publicari.

Die 8. Martij. 1566.

Publicatio.

Ad lib. 3. tit. 1. l. 1. de Mercatoribus.

Num. 1. Ad verba, los Mercaderes vendan las cosas por de donde son, idem de iure. Ripa de peste de remed. præfer. à n. 147. vel de foro nostri Regni. c. 14. del amejoramiento del señor Rey don Phelipe. Vbi sic loquitur. Contee muytas denegadas, que los hombres por grand cublicia, que han de ganar: venden vn paño por otro diciendo, que es de Bruges, siendo de Cartesona, o diciendo, que es de Malines, siendo de Bruges, assi de otros paños, como de estos. Mandamos, que todo home, que tal venta fiziere, pierda el paño, & sean del Rey

las tres partes, & la quarta del acusador. Ad de de Mercatoribus Regni Neapolitani lib. 3. tit. 49. illius constit. vbi an eis danda fides? & tit. 50. & 51. vbi de eorum mensuris. Adde & Rebuf. ad leg. Reg. 2. tomo tit. de Mercatoribus. Et tit. de Mercatoribus minutatim vend. & tit. de Mercatoribus pannatij. Item vendens vnum pro alio tenetur crimine stellationatus. Ripa sup. n. 147. fol. 54. per. l. 3. §. sed & si quis, de crimine stell. & Portoles ad Molinum. 2. tom. 3. p. §. Mercator. nu. 4. vel extra ordinem. l. sacularij, in principio. ff. de extraord. crimi. Mercator vendens pannos sericeos apparentes bonos, tenetur restituere prætium, & pannum recipere Angelus in §. nouissime. n. 4. de suspect. tut. Ad hoc vt quis dicatur Mercator requiruntur quatuor, fol. 70. col. 3. l. 1. hic. lib. 2. tit. 7.

Libris Mercatorum quod credatur pro se, si est consuetudo, est inualida, quia daret occasionem delinquendi. Baldus in l. vnica C. de confessis. Sed & licet Mercator iuret in arte sua, dabitur fides eius libris pro se cesante consuetudine. Bart. in l. ratio. n. 8. vbi eius additio, de donat. Semiplene tamẽ probabunt tales libri pro mercatore ad effectum vt ei iuramentum suppletium deferatur, si quatuor concurrant. 1. quod talis mercator sit bonæ famæ. 2. quod rationes propria manu conscripserit. 3. quod causa debiti sit expressa. 4. quod huiusmodi liber contineat data & accepta. Gayl. lib. 2. obseruat. 20. n. 3. Boerius decif. 105. Sex, vel septem requisita ad hoc, vt liber mercatoris sit legitimus, vide in Straca de mercat. 2. p. à n. 52. vsq; ad. 65. fol. 73. vsq; ad. 77. Surdus decif. 199. n. 1.

Num. 2. Libris mercatorum.

Ad lib. 3. tit. 1. l. 2.

Num. 1. Ad verba, sea castigado como quien haze contrato vsurario, fol. 10. sed non pæna vsurariorum. Abiles in cap. Frat. in proæmio, glota, Rey, n. 20. vers. sed si, fol. 6. columna. 2. in principio. Mercatura an deroget nobilitati? l. 2. ti. 7. l. 3. n. 3. supra hic. Vbi in l. 1. ad hoc vt quis sit mercator quæ necessaria? **Num. 2.** Ad verba, nadie de dinero prestado con trigo, fol. 10. Idem de iure. Bart. & Bald. in l. cum allegas. C. de vsuris. Siluest. in sum. verbo, vsura, el t. n. 6. Capicius decif. 49. vbi quod aliàs sit vsura, & si talis recipiens pecunias, & triticum, soluat eos, an repetat eas. c. fi. glofa, indebitum, de solut. & regula, cuius per errorem.

Quid-

